


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
14
16 A
26

In p̄senti opusculo infrascri pta continentur.


Sermones luculētissimi b̄ti Zenonis veronensis ep̄i.

Omelie ⁊ admonitiões b̄ti Cesarij arelatensis ep̄i.

Sermo de laudibus beatis-sime virginis Marie ex au tenticis sanctorum docto-rum dictis compilatus. imo contra immaculatam eiusdem B. virginis conceptionem.

Omelia origenis super euā-gelio Maria stabat ad mo numentum foris plorans.

Cornelio Francesc.



Eximij & excellentis viri pre clarissimiq; doctoris sancti Zenonis episcopi veronensis sermonum elegantissimorum ad populū: exceptorū ex vetustissimo volumine verone a Guarino veronensi viro eloquentissimo in episcopij veronensis bibliatheca repto. Liber pmus feliciter incipit.

De fidei ꝯmēdatōe. Ser.j.



Christiane felicitas fidelitas & maxima ē: fidei nosse naturā. Que talis ac tanta est: vt vnicuiq; hoī suo non ab alio cōmodet: sed etias ex volū tate nascat. Ceteruz si (vt quidam putant) docentis pendet ex ore: ꝓculdubio eodem aut cessante aut aliter docente consumitur. Huc accedit q nisi insinuatione legis oi deuotione succinta precedens amplectat fides: que tam sibi q̄ illi credēdo prestet effectum: insinuatio inanis erit: q2 incredulo credentis fructum prestare non poterit. Deniq; abraham placuit dō credulitate sine lege: & iudaicus ppls displicuit deo incredulitate cuz lege. Unde dubiū non est: legem non posse sine fide: fidem posse sine lege. Alioqn iste ac inumerabilis simplicitate sua felicior turba adhuc mortis imperio subiaceret: si legis periti tantū iustificari meruissent. At cum scriptum sit lra occidit. spūs aūt viuificat: q2 non sub lege. s d sub gratia sumus. que nos diligere deuz ac soli illi seruire i sacro semel credite vnice trinitatis. non argumento. non necessitate. sed voluntate cōpellit: manifestissimum puto nimis acuto esse simplicē meliorem: q2 simplex oībus deiverbis simplr credit astutus autē nimia sapia infatuatus inquisitionibus vanis semet ipm ꝯfundit. Sed dicet aliquis. Si ita ē: nulli ergo lex prodest. Absit. Prodest equidem plurimū. Naz per ipsaz dei voluntas p ꝓlis intimatur: per ipsaz disciplina celestis corrigitur ac tenet: per ipsam inq̄ genus oē pcti ne quis imprudens intereat diffamat. Semp monere non desinit: ignorantiam ne quis. reatumne quis excuset: nunc seuera: nunc blanda demonstrat: premiū demōstrat & gladiū. vnicuiq; quod elegerit tributura. vt iure possit implere q̄ gerit. Qui ad se veniunt. ꝓfessionē credulitatis ab eis sol m: ideo q2 eoruz fidē videre nō pōt exigit. Quā si abesse ex moribus dep ebenderit: confestim vt perfidū punit irata quem docuit: nullāq; aliam ob cām ꝓmulgatam se

esse testatur. nisi vt fides de infi
delibus vindicet. Deniqꝫ tolle
pctm̃: cessat legis iperiuꝫ. Lex
enim sicut scriptuꝫ est iusto po
sita nõ est sed pctõri: qꝛ iustus
ex fide vidit ifidelis iniuste. Er
rat igitur quisqs disputationẽ
legis extimat fidem: quisquis
duo in vnum diuersa confun-
dit. Disputatio eniꝫ sicut exco
lit legem: ita si versuta sit. eradi
cat fidem: qꝛ fides ꝑfecto non
est vbi querit fides. Deinde qꝛ
lex cõis est. fides vero priuata:
qꝛ lex semꝑ manat ex libro ge-
nitali fides autem tenaciter in
heret suo soli proposito. Lex
ab alio transit in alium: fides
interit si a suo statu aliqñ vel
in quo declinauerit. Lex hois
ↄsciam alloqui tm̃ põt: vide-
re aũt nõ põt: Fides ↄsciaꝫ me
dullitus mundat: nec quid rea-
tui vel intrinsecus debeat. Qui
enim suam ↄsciam non timet:
is est q deuꝫ nõ timet. Adde q
lex partibus ꝛ discitur ꝛ doce-
tur. Adde q tota nec intelligi
tur: nec docet. Adde q a quoli
bet pro ingenij qualitate argu
mentis asserit. Adde q ab oi-
bus appetitur ꝛ a nullo cõple
ctit. Adde q index dei volũta
tis est. non dei originis. aut na-
ture. Sequitur vt scire debea-
mus vtrum tractatum fidei: an
fideꝫ tractatus debeamus asse
rere. Si tractatum fidei dixeri-
mus vehementer errabimus.

Subijci. n. se loquacitatis ar-
tificio fidei natura nõ patitur:
a qua nihil aliud laborat. nisi
vt suis sibi tm̃ virtutibus ap-
probetur. Non enim põt esse
ꝑfectuꝫ. quod aliũde expectat
sibi aliqd necessariũ. Si vero
fidem tractatuꝫ dicere ceperi-
mus: erit profecto nec nr̃a nec
sua: sed nec eius esse dicetur: qꝛ
tractatus fidem cum astruit: ex
eo ipso. eã quo astruit ðstruit:
nec vlli dabit quod non hẽat.
sed potius vt non hẽat. adhuc
ipse disquirit. Video preterea
sicut assertorum indicant noia
que si auferas nulla fortassis
est pugna multos fuisse tracta
tus. multas fides et quideꝫ no
uellas. ꝛ litis labore ac fauore
nutritas: quas qꝛ vera vix põt
inueniri credo ne populi penu
ria laborarent. venales esse pro
positas. Verũtm̃ ex his oibus
eligendum quid sit non potest
nosci aut comprehendi: qꝛ non
erit nec ꝓprium nec firmuꝫ qð
hẽt statum semper incertum.
Quippe cum vnius electio sit
alterius reprobatio: vel si oẽs
oino amplectende sint. vt tot
quis habeat fides quot nõ hẽt
verba: mlto magis nihil habe
bit: qꝛ tractatus q eas genuit
vl' quotidie generat adhuc po
test generare ediuerso prouoca
tus: rursus eas ꝑ ingenioruꝫ
argumentorũ viribus retractã
do ac refellendo cõsumit. Sin

vero sicut necesse est vna est illi 7 nobis 7 antiqua. que non dicam tractatu sed ipsius natiuitate porro magis est legis que deuz deo credendo pro meruit quã credere nõ dicit sed presumpsit: edicat mihi pernitiosa ista adinuentio tractatus sui quo proficit pugna. Ne fides inquit intereat. cum male aut creditur: aut docetur. Quod malum est. ista ratio mox videbimus. Nũc scire cupio fides ex doctrina constet. an ex credulitate: an ex vtroq;. Si ex doctrina constat: non habent ergo fidez qui lr̃as nesciunt. Sed nec ipsi qui sciunt: q2 legis sciam obseruantiam q; perfectionem perducere nullis rõnibus pñt. Sin vero ex credulitate non ei op9 ē vlla iterptatio: q2 sicut semel credit: ita semel ex eo ipso q creditũ est consumata fides vltra nec minuitur nec augef. Si vero ex vtroq; patriarcharum se mensa fides est: ac per hoc illis: constitutionis nostre videlicet decernendi sunt libri: vt possint esse perfecti. O q̃ misera est fides: quam verba cõcinant. O q̃ debilis: cuius quotidie dissipãtur varijs argumentationibus membra. O q̃ indefensa: que regnum iudicum. diuitum aliquotiens etiaz quod peius est. gentium desiderat per momenta patrocinia. O q̃ turpis ac lubrica: de qua ludit aliena snĩa. O q̃ adultera que nõ agnoscit quo auctore sit nata. O q̃ ridiculosa: que duobus cõfligentibus xp̄ianis: ab altero eorum si nõ transducif. perfida. cũ trãsducta fuerit. fides vocatur. O q̃ nõ vera: si factionibus pollet. O q̃ publicana: cuius fabulãtur etiam prophani secreta. O q̃ p̄sumpta: que mauult magis nouelle traditioni sue credi q̃ antiquitati. q̃ deo dño dicente. reicitis mandatuz dei: vt traditiones vestras statuatis. Sed non eo dico: vt ingratuz faciam doctrine beneficiuz: sed vt sciat vnusquisq;: aliud esse fidem: aliud esse tractatuz: nec fidem per tractatum posse vel dari vel nosci vel destrui. Dari non põt. q2 si verbis dari põt poterit 7 verbis auferri. Nosci adeq; non põt: q2 fieri põt: vt quis aliud gestet in labijs: aliud in penetralibus cordis. Similiter ne destrui quidem: q2 si vera fides est aliud nõ põt q̃ qd est. Igitur cum possibilitatis humane non sit fidei videre secreta: nusq̃ frater tua curiositas. nusq̃ tua proficit pugna: q2 quẽ putas vel de tuis ipsis studiosis fidelissimum: hic infidelis: 7 quem putaueris infidelem hic fidelis est. Forte nec in eo se quis extimat fideliorem. si loquatur argute: cuz magis verus sit ille fidelis qui sacra in

p̄dicationem non vltra q̄ȝ licitum est acieȝ sue tetenderit mētis. Eo enim res deducta est: vt fides nostra per dei requiratur iniuriam. Quod futurum Salomon enunciauit: & cauendum qd sit his verbis edocuit. Melior qui deficit sensu in timore: q̄ȝ qui abundat astutia: & trāsgreditur legem. Et iterū. Noli esse sapiens multum: & noli argumentari plusq̄ȝ oporteat. Similiter paulus. Noli altuȝ sapere: sȝ time. Cū hec ita sint. cur legem lege distringis? Cur sub imagine fidei: fidem deponis? Cur ipsum fonteȝ diuinitatis phylosophicis argumētis exhaurire conaris? Si peritiaȝ legis ostendere cupis: lectionū nubila dissereна. Doce eam sibi non esse contrariā: doce oīa que canit esse credēda Ceterum si eius partem p̄bes: reprobes partē. Quo per hāc fidem queris quam ēt ipsaȝ in fidelitatis ream constituis: cuȝ vniuersa non credis? Sin vero fidem spūs calles aliquam demonstra virtutem: impera mōtibus vt transferant sese: in admirationeȝ tui' ritu blandicente leonū rabies cuācescat. Sub gressibus tuis maris vnda pinguescēs marmoreo stupore solidetur: cetina cymba iter estuātis pelagi sollicitos sinus fidē tuam fideliter portet: solis rursus ac lune ab occidui carceris receptaculo orionis freno refrena: āhelantis camini ignis exestuās victa natura sentiat per te tecum & ipse refrigeriuȝ mortuorum in post liminium vite aīas reductas inspira: discute laborantibus morbos: cura lāgores in temptationibus gaude & in tormētis pro noīe dn̄i. Si obvenerint dura: fidē tāq̄ȝ granum synapis te hr̄e demōstra. Si vero qd̄ magis est: sub sono legis ac fid̄ secularis amore iactantie accensus nascentis dei de deo spūsq̄ȝ sancti inestimabilem icōp̄rehensibilemq̄ȝ diuinitatis perpetuitatem iure ipso quo ex sese est argumētis te cogere. examinare: metiri ac discernere posse p̄sumis: hic tibi ego rn̄dere non audeo: sit quippe cum tutius imperituȝ videri q̄ȝ esse sacrilegum: & tn̄ ab eo qui pro me tibi obsistat. Nam lex per quam me forte minus paratum peccare compellis. ipsa te magnopere retinens ac redarguens ɔfutabit: Salomone dicente. Altiora te ne q̄sieris: & fortiora te nō scrutatus sis. Que p̄cepit tibi de' illa cogita semp: & in plurimis operibus illorum non eris curiosus. Multos enim seduxit suspitio illorum: & in vanitate detinuit sensus illorum. Similiter paulus curioso rescribit dicens. O altitudo diuitiaruȝ & sapientie & scientie dei: q̄ȝ in

exquisita sunt iudicia illius: et q̄ inuestigabiles vie illius. Quis enim cognouit cogitationem dei? Et tu eius naturā queris? Sz et alio loco hoc qđ agitur euidenter expressit: cum ad timotheum alloquitur instruendū his verbis hortatus suz inquit vt denunciares qbusdā ne peruersa doctrina vterentur neq̄ attenderent famulis et genealogijs que sine fine sūt: que magis q̄ones prestant: q̄ verā rōnē dei: que est in fide. Diffinitio aūt iussionis est charitas ex corde puro et ɔscia bona ex fide simplici. Igit̄ si dei seruus ee stultas et in eruditas q̄ones euita: sciens: q: lites generant. Seruum aūt dei non oz litigare: q: lix et charitatis est hostis et fidei. Quas si qs amiserit: nec diuina ille profecto: nec humana cognoscit. Nec si religiosus es serua: si vere timoratus custodi: de eo qđ modum humani sensus excedit disputare desita. Negat quodāmodo deū quisquis asserit deum. Defensio enim non nisi imbecilli prestatur: nec pōt eum reuereri: q igenij sui putat esse qđ ille fuerit extimatus. Ceterum illa est fidei generositas vera: vt deo fideliter seruiat: in solo ipso fiduciam gerat: a fidelitate et fiducia fidelem se vocari cognoscat: in culpatis moribus viuat: ɔscia eum bona: nō loquacitate que mater p̄fecto peccati est noscere presumat: trinitatisq̄ vnaz potentie plenitudinē que vna mēte: vna credulitate concipitur: non violet: sed honoret. Amen.

¶ De fide spe et charitate. Sermo. II.

TRibus in reb⁹ xp̄iani culminis fundamenta consistunt. i. in spe: in fide: in charitate: que ita inuicem sibi videntur esse conexa: vt sint alijs alia necia. Spes enim nisi precedat: cui laborat fides? Fides si non sit: quō spes ipsa nascetur? Quibus si deneges charitatez: vterq̄ cessabunt: q: neq̄ fides sine charitate: neq̄ spes poterit operari sine fide. Itaq̄ xp̄ianus tribus in rebus si cupit esse perfectus dz esse cōstructus. Si quid enim ei ex his defuerit perfectionem sui operis non habebit. Unde primo omnium spes nobis proponenda est futurorū: sine qua nec p̄ñtia quidem ipsa stare posse perspicimus. Adeo tolle spez: torpet humānitas tota. Tolle spē: artes virtutesq̄ vniuerse cessabunt. Tolle spez: et interempta sunt oīa. Quid facit ad litteratorem puer: si litterarum non sperat fructum? Quid ratez p̄fundo gurgiti nauta cōmittit: si ei nunq̄ lucrum: nunq̄ portus desiderat⁹ occurrit? Quid miles non dicam horride hie

mis: aut torride estatis iiurias sed seipsum contemnit: si glorie spez future nō gerit? Quid agricola semina spargit: si sudoris sui premiuz non colligit messem? Quid xp̄ianus nō credit in xp̄m: si pmissum sibi ab eo perpetue felicitatis tp̄s non credit esse venturuz? Sed spes ex fide est. Que q̄uis in futuro sit posita: fide tn̄ est iure subiecta. Ubi.n. fides non est: nec spes est. Fides enī spei substātia est: et spes fidei gloria: quoniam premium qd̄ spes hz fides meretur: que quidem pro spe pugnat: sed sibi vincit. Amplectenda est igitur fratres tenaciter nobis: et oi genere custodienda virtutum: in hac fortiter incūbendum. Ipsa est enim vite nr̄e imobile fundamentū: invictuz adversus dyaboli impetus propugnaculuz pariter ac telum: aie nr̄e impenetrabilis lorica: legis compēdiosa ac vera scia: demonuz terror: martyrum virtus: ecclesie pulchritudo vel murus: dei ministra: xp̄i amica: sp̄us sancti cōmuna. Huic et p̄ntia subiacent et futura. Ista: qz premnit: illa qz sua esse presumit. Nec spes timet ne non veniat: qz ea semper secum suis in virtutibus portat. Hoc est qd̄ Abraham contra spem: in spem credidit deo: ut fieret pater multarū gentiū. Contra spem ait est qd̄ impossibile est. ac nō vr̄ esse possibile. Sz possibile ac spe fit: cum dei dicto indubitanter ac fortiter creditur. Dicit enī dn̄s oia possibilia credenti. Unde abraham credidit deo: et reputatuz est illi ad iustitiam. Qui ideo iustus qz fidelis. Iustus enim ex fide vivit. Ideo fidelis: qz credidit deo. Qui nisi credidisset: neqz iustus: neqz pater gentium esse potuisset. Quapropter manifestum est spei ac fidei unaz inseperabilemqz esse naturaz: qz in hoie ex his quecūqz dd̄fecerit: ambe moriuntur. Fides itaqz vel maxime res propria nostra est: dn̄o ipso dicente. Fides tua te salvuz fecit. Igitur si nostra est. servemus ut nr̄am: ut iure speremus aliena. Nemo enim censum debitori cōmittit: nec desertorem premijs triumphalibus honorabit. Maxime cū scriptuz sit: qui hz dabitur illi et abundabit. qui aūt non hz: et id qd̄ hz auferetur ab eo. Per hanc fratres adeo Enoch meruit cum corpore contra legez nature trāsferri. Per hāc evadens Noe nō invenit cuz quo diluvium fuisse cōferret. Per hanc Abrahā ad dei pervenit amicitiaz. Per hāc Isaac preter ceteros enituit. Per hanc Iacob deo coluctari prevaluit. Per hanc Ioseph egyptum sue ditioni subiecit. Hec Moysi in mari Rubro terram vi-

tream fecit. Hec vt cursus soli ti contempta mensura iesu na ue desiderio pareretur soli lu necꝫ suos frenos induxit. Hec de armato Golia, Dauid triū phos attulit. Hec in Job iter crebra et ingentia mala non de sperauit. Hec in Tobie ceci tate medica fuit. Hec in Da niele ora leonibus alligauit. Hec in Jona cetum in cymbā conuertit. Hec in Machabei ce germanitatis exercitu sola vi cit. Hec in tribus pueris ignes amenos effecit. Hec mare pe dibus ambulari posse i petro presumpsit. Per hanc apo stoli multos in nitidam cutē lepre deformis: cōtagiosis: sca biosisꝙ crassantium vlcerum spoliauere verticib⁹. Per hāc īnꝙ cecos videre: surdos audi re: mutos loqui: claudos cur rere: paraliticos reformari: de obsessis demones fugare: mor tuosꝙ sepe ipsos a sepulchris cum suis sibi exequijs reuerti iusserunt: vt oēs mirarentur fie ri lachrimas gaudij que nunc fuerint orbitatis. Sed longuꝫ est fratres ire per singula: ma xime qꝛ charitas sua igerit for tiora: que est ita rebus vniuer sis predita: vt sit oiuꝫ iure ipso regina. Triumphet licet qbus vult virtutibus fides: ac spes multa et magna proponat: tñ sine hac vtreꝙ non stabunt: fi des primo oium si seipsam nō amet. spes si non ametur. Ad deꝙ fides sibi soli prodest: cha ritas oibus. Adde ꝙ fides nō gratis pugnat: charitas aūt ēt ingratis conferre ꝯsueuit. Ad de ꝙ fides non transit in aliuꝫ: charitas parum est dicere tran sit in aliū. que transit in pplm. Adde ꝙ fides paucorum est: charitas oium. Adde ꝙ spes ac fides tps hñt: charitas autē fineꝫ non hꝫ: momentis oibus crescit: quantoꝙ ab ea diligen tibus inuicem creditur: tanto inuicem plus debetur. Non queꝙ ꝓ persona diligit: adu lari qꝛ nescit. Non pro hono re: qꝛ ambitiosa non est. Non pro sexu: qm̄ illi vnus est am bo. Non pro tpe: qꝛ varia non est. Non emulatur: qꝛ inuidia quid sit ignorat. Non inflatur qꝛ humilitatem colit. Nō ma luꝫ cogitat: qꝛ simplex est. Nō irascitur: qꝛ ēt iniurias libenter amplectitur. Non fallit: quia fidem ipsa custodit. Non vlla re idiget: qꝛ ei preter quod est nihil est necium. Hec rura: vr bes: ac populos: composita paceꝙ conseruat. Hec circa regum latera: securos gladios fallit. Hec bella ꝑmit: lites tol lit: iura euacuat: fora compe scit: odia eradicat: iras extiguit Hec mare penetrat: vrbem cir cuit: cōmertio nationibus ne cessaria subministrat. Poten tiā frēs cito ei⁹ edicā. Quicqd

locis natura negauerit: charitas reddit. Hec cōiugales affectus: duos hoīes sacro venerabili vnam cogit in carnē. Hec humanitati prestat esse qđ nascitur. Huius est munus. ꝙ cara vxor: qđ generosi liberi: ꝙ veri sunt patres. Huius est munus: ꝙ alij vt nos: aut plusq̄ʒ nos proximi vel amici sunt nobis. Huius est munus ꝙ diligimus suos vt filios: ac nos illi colunt libenter vt dn̄os. Huius est munus: vt non dicam notos aut amicos: sed sepe etiā eos quos nunq̄ʒ vidimus diligamus. Huiusʒ est munus: ꝙ antiquorū aut ꝟtutes ex libris aut exvirtutibus libros agnoscimus. Sʒ quid diutius demoror? In humanis quasi sola isto affectu sūt predita. Nōne videmus oē aīantiuʒ genus congregatione concordia testari charitatem: atq̄ʒ ita omnis motus quasi vno sensu magistra dilectione conuerti: vt quiuis intelligat hoc fieri non posse sine naturalis amicitie disciplina? Quid aūt pro se in necessitatibus gerāt: oibus nota porcorum quotidiana prope modum tam iocundi certaminis exempla declarant. Quia aliq corum cum forte de numero audacis lupi rabie votatur in p̄sens periculum ceperit in festationibus tyrānicis duci: oēs repente concelerant: laboranti subueniunt: pene armis ipsis inimici certatiʒ se cerebro subijciunt: ingenti fragore confundunt: exertisq̄ʒ mucronib⁹ sordidis: velut testudine quadam resistunt: vincūtq̄ʒ facilius charitate qđ sigillatim nuda pn̄t superare virtute. Elemēta quoq̄ʒ ipa fratres satis diuersa satisq̄ʒ repugnātia olim dep̄hendisset interitus: nisi ea inuicē mutuo equalibusq̄ʒ temꝑantie dotata muneribus: perhennis conubij fideli ꝑpagine benigna charitas illigasset. Nihil est prorsus qđ sine hac gratū: sine hac pacificum: sine hac fidele: sine hac securum: sine hac gloriosum: sine hac deo iustum: sine hac possit esse perfectum. Deniq̄ʒ cum dn̄s interrogaret qđ esset summum legis sacre preceptum. sic ait dicens. Diliges dn̄m deum tuum ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ex tota virtute tua. ⁊ scđm silē huic: diliges ꝓximū tuū tāq̄ʒ te ipʒ. In his duobus mandatis pēdet oīs lex ⁊ prophete. Unde manifestum est: dilectioneʒ virtutum oium diuinarū esse substantiam naturaléq̄ʒ magistraʒ: qm̄ ex lege discitur: sed in mentibus nascitur. Lex enim pendet ex charitate: non charitas pendet ex lege: sacra scriptura dicēte. Iusto lex posita nō est: sed pctōri. Pctōr aūt ille est: q charitatem non hʒ dei: ac per.

hoc operāti irā: recte subia-
cet legi. At qui forte aliquis di
cat: lex spernēda est: q: iusto ne
cessaria nō est: pcōri vero mole
sta est. Absit fratres: imo poti⁹
veneranda est: q: veritatis spe
culum: q: rigida quedam dile
ctiōis est forma. Quicquid.n.
a iusto didicit: id facere in iu-
stum quoqꝫ compellit: bifarie
inclita: vnū glorificando. aliū
corrigendo. Constat ergo oē
xp̄ianitatis magis in charitate
q̄ȝ in spe vel fide esse depositū
sicut euidens testatur exemplū
Judas Scariotes traditor do
mini z spem z fidem perdidit:
q: charitas in ipso non māsit.
Nam z hereses z scismata: sic
disseminanť: cum inflata fides
ac spes dilectionis a fundamē
to velluntur. Quid autē sine
charitate sint: non tm̄ iste: sed z
alie quoqꝫ virtutes indice pau
lo: cognoscite. Et si habuero i-
quit oēm fidem ita vt montes
transferā: charitatē nō habeā:
nihil sū. Et si in cibos paupeꝝ
distribuero oīa mea: z si tradi-
dero corpus meum vt ardeā:
charitatem aūt nō habeā: nihil
profitio. Charitas enī fratres
oīa diligit: oīa credit: oīa sperat
oīa sustinet: charitas nūq̄ȝ exci
dit. Igitur non imerito domi
nus deus proximi dilectionē
cōmendat: q̄m̄ solam presu-
mit seruare posse qđ precipit.
Primum est itaq̄ȝ dilectionis
officium deo refundere qđ nati
sumus: soliqꝫ debere q viuim⁹
nihilqꝫ pro suo cordis nostri i
penetralibus retinere qđ alieno
iure seruemus. At cum ab eo-
dem huius deuotionis inuita
tione inhabitari seu nos in ipo
habitare ceperimus: sicut Joā
nes dicit: deus charitas est: qui
manet in charitate: in deo ma-
net: z deus in illū manet: tunc
demum fratres charitatē per
semetipsum ei condigne redde
mus: q: facta cōmutatione qđ
eius est fit pro partibus nrīs:
sequens est vt ēt proximos eo
affectu quo nos ipsos dilig-
mus diligamus: maxime cum
cognatiōis ipsa hoc exigant iu
ra. Clamat.n. ꝑpheta. Deus
vnus creauit vos. Nōne pater
vnus est oium vestrū? Quisqꝫ
igitur nobilitatis sue ꝯsciētiā
retinet: diligit fratrem: nec ali-
quid audire expectat: ex lege
ne admonitiōe pietati aliquid
derogatur. Tantūqꝫ in seipso
amat: vt oderit se sine ipso. Ac
cedit ad cumulū q ideo deus
hoiem ad imaginem z similitu
dinem suā fecit: vt contempla
tione imaginis pateremur re-
uerentiam veritatis. Jnea que
res conditione dimissa est: vt si
quid mali vel boni cuip piā fe
cerimus. deo fecisse videamur:
Propter qđ non imerito Jo
annes peculiaris archanorum
dn̄i consultor cōstanter edicit:

Si quis dixerit q̄m diligo deū & fratrem suum odit: mendax est. Qui.n.non diligit fratrem suū quē videt: deū quē nō videt: nō pt diligere? Decertem⁹ igitur fratres inter nos mutui amoris emulatione gloriosa: imaginēq; dei dignissime venerando declaremus quid ipsi veritati debeamus: sciētes q̄m si quis imaginem leserit: in exitum sue aie incitat veritatem. Hec est dicto longe probatior: si incliti cuiusq; regis hois tm̄ vultus quiuis vlla violauerit rōne: nōne continuo velut sacrilegij cōmissi capitales penas luit? Quanto magis in dei cā formis precauendum est que3 solum veretur: quicquid in virtutibus nature a regibus ipsis quoq; metuitur. Sed necessario vnicuiq; sinceri amoris est noscenda proprietas: ne sub sono nominis comitat regula veritatis. Est.n.alius amor sane saluti nr̄e 9trius: cui recte hois forma tribuit: q: tpalis ac fragilis esse cognoscitur. Ideo liniamento puerili depingitur: q: eius lasciua lubricitas: nec annis senilibus tpatur. Jō nudus: q: voluntas eius est turpitudo. Ideo pēnatus: q: in quacūq; conceperit: velociter ruit. Ideo telis facibusq; constructus: q: illicitis ardoribus semper iunctus est gladius. Ideo aūt cecus: q: cum exarserit nō etatem considerat. non formā: non sexum: non gradum: non sacrosanctum illum saltem sane pietatis affectum. Hic facibus suis ene pectus incendit: Hic adā suis telis occidit. Hic Susanā conatus est duorum seniorum aut prodigiosis ignibus subijcere: aut parricidali gladio iugulare. Hic Joseph mulieris flagitat esse violentu3: quem etiam du3 denudat: esse non inuenit impudicum. Hic sinagogam expugnauit: cum sua illi arma pcedit. Hic vbiq; fertur insanus. Promittit. fallit. dat. tollit. nunc tristis. nunc hilaris. nunc humilis. nūc elatus. nunc ebrius. nūc ieiunus. nunc accusator. nunc reus. Jocatur ludit. pallet. tabet. suspirat. celat. obsequit. aut tēptat. aut decipit. peiusq; blanditur q̄ furit. Occasionē vlla3 prorsus nocendi non pterit. Vultis scire qd maluz fit? In ipso fructu suo ēt ipse se odit. Venenis eius quotidie tot⁹ exestuat mundus: pestiferisq; voluptatibus ita corrupta sunt oia: vt quicquid in eo geritur: non debere diligi a nobis. sacris vocibus dum iubetur. recte sapientibus execrabilis esse videatur: Joanne dicente. Nolite diligere mundu3. neq; ea que in mūdo sunt. Si quis dilexerit mundu3. non est charitas patris in illo. Qm̄ oē qd in mundo est

concupiscentia est carnis: ꝛ concupiscentia oculorum: ꝛ ambitio seculi que nõ est a patre: sed ex cõcupiscentia mundi. Per hanc enim dyabolus cum diuerse hoium mentes capit. ac decipit: sic cupido vocitari a luxuriosis sibi cultoribus cepit. Nũc ergo videamus vnde vera charitas veniat: vbi nam cõsistat: cui vel maxime debeat. Utiq; illi qui hoiẽs fecit: qui ei munus perpetue charitatis similitudinem suã tradidit: qui orbem terre donauit: qui oia elementa mundi cũ aiantibus suis eius ptãti subiecit: q ei annos: tpa: mẽses: noctes ac dies clarissimosq; duos regaliũ vrbium currus numerifero semper vicissitudinis delectamẽto seruire precepit: qui cũ supradicti a moris male dulcibus venenis occisũ inferneq; sedi submersum maiestatis sue sacro viuificatuz insuper regni celestis participatiõe ditauit. O charitas q̃ pia ꝛ q̃ opulẽta. O q̃ potẽs. Nihil hꝫ qui te nõ hꝫ. Tu deum in hoiem demutare valuisti. Tu cum breuiatum paulisp ab maiestatis sue imẽsitate peregrinari fecisti. Tu virginali carceri noueꝫ mensibus religasti. Tu Euam in mariaꝫ reintegrasti. Tu Adaꝫ in xp̃o renouasti. Tu sacram crucem in salutem perdito iam mundo prouidisti. Tu mortẽ: deuꝫ mori docendo vacuasti. Tuuꝫ est q cum occiditur ab hominibus. deus oipotentis dei filius: nullus irascit de duobus. Tu populi celestis aiam tenẽs cum ornas pacem: fidem custodis: amplecteris innocentiã veritatem colis: patientiam diligis: spem repũtas. Tu diuersos hoies moribus etatibus dictione ex vna natura: vnũ spũ. vnum efficis corpus. Tu martyres gloriosos a cõfessiõe xp̃iani nois: nullis tormentis: nulla nouitate mortis: nullis p̃mijs nullis amicitijs: nullis affectibus omni sane tortore pietatis: mordacitate peioribus: separari permittis. Tu vt nudũ vestias nuda esse contenta es. Tibi fames saginatio est. Si panem tuum inops esuriens manducauerit: tuus census est totum in misericordiam habere q̃ hẽs. Tu sola rogari non nosti. Tu oppressos vel cũ dispendio tui incũctanter eripis: in qualibet angustia ꝯstitutos Tu cecorum oculus. Tu pes claudorum. Tu scutum fidelissimum viduarum. Tu melior pupillorum pluscq̃ vterq; parens. Tibi oculos nũq̃ siccos esse aut misericordia pmittit. aut gaudium. Tu tuos ita diligis inimicos: vt iter eos carosq; tibi quid distet: nemo discernat. Tu inq̃ celestia humanis: humana celestibus iungis

archana. Tu diuina custodio. Tu in patre imperas. tu mihi in filio obtemperas. Tu in spiritu sancto exultas. Tu cum in tribus vna sis: nullo pacto diuideris: nulla humane curiositatis calũnia cõmoueris. a paterno fonte in filio tota refunderis: et tñ tota vbi refũderis: nec recedis. Recte deus diceris: qz trinitatis potẽtiã sola cõuertis.

Pro fidei vitate. Ser.III.

Non hodie mihi ad vos sermo ẽ fratres carissimi de humanis gestis aut meritis: nec daniel inducit inter frementium leonum rabidos rictus interpidus celesti prandio satur: nec ionas iter estuantes procellas sollicitiqz maris fluctus insanos: tutior piscis aluo qz alueo nauis: nec tres pueri quo ardere putabantur incendio de suis incensoribus vindicati: sed de dño nr̃o: quẽ prohnephas venerantur externi. (si tñ dicendum est) sui carpunt. Sane nullis argumẽtis armatus: quibus illi libenter vtunt: qui aduersus veritatẽ falsa cõponunt: sed celestibus testimonijs multis manifistis ac puris: vt docti probẽt: minus instructi sese cõfirment: rudes discãt. ipsiqz qui blasfemare nituntur salutis sue bono vel sero si potest fieri resipiscant.

De attende tibi. Ser.IIII.

Sermonis vsuz deus nobis qui nos creauit indulsit: pro eo: vt cordis occulta cõsilia inuicem nobis verbi ministerio panderemus: et pro cõi in alterutrum affectione nature vnusquisqz nostrum proximo suo velut ex archanis quibusdam domicilij secreta depromeret. Si.n. nuda tãtũmodo atqz intacta aĩa viueremus ex ipsis tñ mentis motib⁹ atqz intentionibus cogitationuz ad alterutrum nosceremur. Verũ qm̃ vigor aĩe velamine carnis operitur ad indicanda atqz in publicam facieȝ proferenda ea que in profundo cordis cogitationibus vel sensibus cõmouemus verbis et noibus ac vocabulis indigemus. Cum igitur motus hic mentis nactus fuerit voci significantia: tunc velut vehiculo quodã sermonis aeris iter euectus ad audientem a loquente transfert. Et si quidem inuenerit tranquillã quietãqz audientiaȝ: sicut in portu fidissimo. in auribus auditorũ sermo reconditur. Si vero velut fluctus quidam et saxosa vada auditorũ tumultus et murmur docentibus refragetur: in medio aeris spacio sermo trãsfretans naufragabit. Quãobrem prebete tranquillitatẽ per silentium verbo. Fortassis enim aliquid poterit vtilitatis affer-

re sermo veritatis: si tñ nõ auditoris ignauia dum minus intentus est aius facile dilabat. Talis nãqꝫ natura ipsa verbi spũ compaginãte formata est: vt velox breuisqꝫ fit ꝛ transuersu ꝯcito multa designet in paucis: vt per ipsam sui breuitatẽ tenatius a memoria reseruetur. Hec nãqꝫ est emendati natura sermonis: vt neqꝫ obscuritate que dicunt offuscet: neqꝫ abũdans ineptijs vim rerum que indicant faciat euanescere. Talis.n. vero ẽt hic est qui nũc nobis ex moysi voluminibus recitatus est sermo. Si tñ meministis vos quibus verbi diuini attentior cura est: nisi si forte ꝓ breuitate sui paulo tardiores quosqꝫ trãsfugit audit⁹ est. Est aũt sermo hic. Attende tibi: ne forte fiat in te sermo abscõsus in corde tuo iniquitas. Faciles sumus ad cogitationũ delicta nos hoies: pp qꝺ ꝛ qui finxit singillatim corda nostra sciens ꝙ non parum delictorum in his motibus admittit qui fuerint ex proposito mentis voluntatisqꝫ ꝯcepti: ante oia nobis puritatem ꝛ munditiam cordis iniungit ac precipit. In quo eni ꝓcliuius vergimus ad pctm̃: hanc nobis partẽ maiore cautela diligentiaqꝫ cõmunit. Sic enim infirmiora queqꝫ corporum membra peritior ac bene prouidus medicus anteq̃ ipse morbus immineat: studio ꝓcurrente: ꝛ diligentia cuiusdã procurationis antevenit: ita ꝛ cõis oium prouisor ꝛ aiarum medicus deus. hoc qꝺ maxime ĩ nobis ad culpam lubricum prouidebat circundare tutioribus septis studet ꝛ circũuallare cautioribus munimentis. Nãqꝫ hi actus qui ministerio corporis adimplentur: opus hñt ꝛ tpe: ꝛ opportunitate: ꝛ labore: ꝛ adiutorijs: ceterisqꝫ huiuscemodi instrumentis: mentis vero motus ꝛ cogitatiõis lapsus absqꝫ tpe ꝯsumuntur: sine labore cõplentur: oẽ tpe hñt opportunum. Intuere nãqꝫ mihi ambitiosum quempiã ꝛ ingenti supercilio honestatis elatum imaginem quẽdam ꝛ sobrietatis habitu exteriore gestantem: in medijs quoqꝫ virorum laudabilium ꝛ sapientium residẽtem: hic subito cogitatione mẽtis pcurrit ꝛ euolat ad loca peccati: maligna desideria mẽte cõcepit. Colloquia quoqꝫ intra se inhonesta finxit ꝛ turpia: ꝛ totus in occulta mentis sue officina vniuersam sibimet ꝛ libinis imaginẽ deformauit: gestusqꝫ descripsit. Hic ignotum qꝺ oibus pctm̃ ꝛ sine vllo teste cõmisit: sed arguet ac reuelabit sine dubio per aduentũ eius qui reserat occulta tenebrarũ ꝛ manifestabit consilia cordiũ. Obserua ergo ne forte fiat in

corde tuo verbum occultū iniquitas. Qui.n.aspexerit mulierem ad concupiscendum eam: iam mechatus est eam in corde suo. Propter qđ corporis qdem actus pñt non nullis obstaculis interuenientibus impediri: vbi aūt mente delinquit ꝙ̃ facile est puncto cogitationibus euagari. tūc pernix adherebit noxa delicti. Ubi ergo velox occasio pcti: ibi ēt celeris ꝓuidetur cura remedij. Et ideo ꝓtestatur dicens. Ne forte fiat in corde tuo verbum occultuꝫ iniquitas. Sed ad ipsum iam potius vbi initiū recurramus. Attende ergo inquit tibi. Singula queqꝫ aīalium a conditore oium deo ad defensioneꝫ ac tutelaꝫ sui occasiones quasdā proprias acceperunt: quibus salutis sue: cum necesse fuerit auxilium ferant: ꝛ inuenias si diligenter intendas: plurima quoqꝫ nullo docente aduersuꝫ eos qui perniciem moliuntur: vel obniti vehementius vel declinare callidius: ꝛ rursum naturali quodaꝫ impulsu ad ea que expediunt ferri atqꝫ compelli. Propterea ergo nobis etiam eruditionis cām magnificum istud mandatum precepit deus: vt qđ illis adest per naturaꝫ id nobis ope verbi ac rōnis addat: ꝛ qđ imutis aīalibus absqꝫ imperio efficit. hoc nobis per precepti diligentiaꝫ conquiratur: vt maiore prouidentia cōseruemus ea que nobis diuinitus idulta sentimus fugientes quidem peccatum sicut multa aīalia sponte sua fugiunt noxios ꝛ mortiferos cibos: sectemur vero iusticiam: sicut illa fecundos ꝛ vtiles pastus nullo cogente sectantur. Attende ergo tibi: vt possis discernere ab vtilibus noxia. Sꝫ qm̄ duplr est attendere aliud quidem corporeis oculis intueri corporea: aliud vero intellectualis aīe virtutibus incorporea spiritalia cōspicari: in hoc loco si quid de oculis carnalibus dictum esse sentiamus: cōtinuo verbi sñia arguetur absurda. Quō.n. quis semetipꝫ totum corporali oculo attendere poterit vel comprehendere? Quia primo neqꝫ semetipꝫ oculis ꝯsiderare ꝛ intueri pōt: neqꝫ vicina sibi ꝛ iminentia cōspicari supercilia. Sed neqꝫ in verticem capitis diriget aciem suaꝫ: aut aliq̄ pacto ꝓpa terga conspiciet: nec aliquid oino ꝓprio videbit ex vultu: non latētia viscerum: non occulta venarum. Qđ si ita est impium videbitur dicere impossibilia eē spūs scti mandata. Superest ergo: vt ad mentis intuituꝫ precepti vigor atqꝫ itelligētia trāsferat. Attēde ꝗ tibi.i. vndiqꝫ te ipsum circūspice: vigiles gere ad custodiam tui oculos aīe

In medio laqueorum: ingrederis: occulte tibi ab inimico tenduntur insidie: doli machine: pedice vbiqꝫ defosse. Circūspice igitur oīa ꝛ cauta intentione considera: vt effugias sicut damula ex laqueis ꝛ sicut auis ex retibus. Nam damula non incurrit in laqueū: pro eo q̄ dr̄ visum accutissimum gerere. Vñ ꝛ nois sui ethimologia seruatur in grecis. Auis vero auxilio vsa pennarum: cū voluerit effugere dolos retis: altiora aeris itinera secat. Vide ergo tu ne forte deterior mutis aīalibus ad cautelam tue salutis existas: ne forte laqueis irretitus venatio ꝛ captura diaboli fias captus ab eo ſcd̄ꝫ illi⁹ voluntatē. Attēde ꝰ tibi: idest neqꝫ tuis neqꝫ his que circa te sunt: sed tibi soli attēde. Aliud enim sumus nos ipsi: aliudqꝫ nostra sunt: aliudqꝫ circa nos sunt. Nos nāqꝫ sumus anima ꝛ mens ſm quam ad imaginē eius q nos creauit facti sumus. Nostra vero sunt corpus ꝛ corporalis sensus. Circa nos aūt sunt mundana substantia: viuendi artes cetera vsus instrumenta mortalium. Quid igitur precepit sermo? Ne attendas inquit carni: neqꝫ ea que carnis bona videnꝰ studiꝗ impensiore secteris idest sanitatē corporis decorē: cultū vultus: voluptatē carnis atqꝫ delicias: neqꝫ vite longioris vota suspires: non diuitias seculi: nō ambitionis gloriaꝫ: non potentiaꝫ caduce fragilitatis mireris: ꝛ nihil oino qđ ad p̄ntis vite ministerium: pertinet magnum estimes ad petenduꝫ ne dum in hac solicitudinis tue intentiōe raptaris: illa que vere magna sunt: ꝛ in quibus vera vita est: negligas. Sed attende tibi id est aie tue. Hanc excole. huic oibus curis: oibusqꝫ studijs consule: ita vt oēm maculam que in ea forte nequicie vicijs obrepsit: abluas ꝛ expurges intentione melioruꝫ. Exornes vero eam ꝛ excolas omnibus virtutis pietatisqꝫ monilibus: qm̄ quideꝫ corpus tuum mortale est: aia vero imortalis. Et duplex quedam est vita nostra: vna quidem carnis familiaris ꝛ cito cum ea deficiens: alia vero aie cognata nec vllo fine aut circūscriptōe claudēda. Attēde ergo tibi ne mortalib⁹ ac caducis velut ꝑpetuis incumbes ꝛ eternis: ne vero rursum que eterna sunt tāqꝫ caduca ꝛ transeuntia negligas atqꝫ contēnas. Cōtēne poti⁹ ꝛ despice carnem tuam. Pertransit.n. Adhibe diligentiam ꝛ studiuꝫ aie. Immortalis ē.n. Intuere igiꝰ ꝛ attende cum oī cautela tibi ipsi: vt scias distribuere vnicuiqꝫ parti que conuenit: carni quidem victum ꝛ vestitum: aie

vero doctrinam pietatis cõuersationem seueram & grauem: exercitium virtutis emendatio nemq; viciorum. Non pingue dini corporis deseruire: neq; circa carnis leticiaz cursitare: quia quidez concupiscit caro aduersus spũs: spũs autez aduersus carnem: & hec sibi inuicem aduersantur. Vide ne forte tu in huius belli congressione manus accomodãs carni & auxilia ei q̃ plurima submistrans: potentiaz eius aduersus spũz erigas: & meliorem tui partem deteriori facias esse subiectam. Sicut.n. statere momentum si in vnam partem depresseris: leuiorem sine dubio alteram facies: ita i hoc aie & corporis iugo: cum in vnam partem propensior extiteris: clara erit alterius & manifesta diminutio. Quis .n. dubitat cum corpus luxuria fluitat carnibusq; distendituř ignauum & obtusum efficit mentis vigorem? Si vero aia florentibus virtutis exercitijs imbuatur: & meditatione meliorum ad culmen proprie magnitudinis erigatur: fatissentem corporis statum cõmoda in infirmitatem marcescere. Et hoc indicãs beatus apostolus Paulus dicebat. Nam & si is qui foris est homo noster corrumpitur: sed qui intus est renouatur de die in diem. Hoc ergo ideo preceptuz & infirmioribꝰ vtile ẽ & robustioribꝰ cõmodũ. Nã & i ifirmitatibꝰ medici egris p̃cipe solẽt: vt attẽdant sibi: & nihil oino cõtẽnant qd ad medelam possit adhiberi. Similiter ergo & medicus aiaruz nostrarũ sermo dei aie ex pctõrum accerbitate languenti magnifice breuissime huius precepti succurrit adiutorio dicens. Attẽde tibi.i. vt si qñ forte dliq̃ria: sm magnitudinem delicti ẽt remedij & emendationis cura pensef. Grande alicui pctm̃ & graue cõmissum est: grandi sine dubio confessione indiget puie m ltis & amaris lachrimis intentis pernoctatisq; vigilijs iugibus continuatisq; ieiunijs leuius est delictuz: par cõmissi fit & similis pnĩa tñ. Attende tibi: vt intelligas & agnoscas & sanitatem aie & langorez. Multi.n. dum sibi non attendunt. eg itudines graues & in sanabiles pati se nesciunt: & nec hoc q dez sentiunt q egrotant. Propter qd magna est precepti huius vtilitas: per qd egris cura suggerif: & sanitatis perfectionis demõstraf itegritas. Vnusquisq; aũt nrm qui in discipulatum nos verbi dei mancipauimus: vnius alicuius operis ministeriuz gerit eorum que in euãgelijs p̃cepta sunt. In magna autẽ domo in hac ecclesia dico non sunt tñ modo vasa diuersa aurea & argentea vel li

gnea et fictilia: sed et artificia que plurima et diuersa. Hec namque domus dei que est ecclesia dei viui venatores vel captores: hec viatores: architectonas: structores: agricolas: pastores: athletas: milites: quibus omnibus commode satis aptabitur breuissimi huius mandati vigor: vt vnicuique et operis diligentiam tribuat et propositi: ac mentis desideria atque incitamenta commoueat. Venator es et ad capturam a domino destinatus qui dixit. ecce ego mittam multos venatores et capient eos supra omnem montem: attende ergo tibi diligenter necubi te venatio domini effugiat: quominus verbo veritatis capias et offeras domino ad salutem eos qui erroribus decepti neque: seri ac palabundi per aspera queque peccatorum et deuia peruagantur. Viator es talis qualis ille qui orat ad dominum dirigere gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea attende tibi ne forte erres a via: ne declines in dextera: neque in sinistram: sed via recta: via regali incede. Architectus es: attende tibi vt fundamentum fidei qui est christus iesus cum omni diligentia iacias et cautela. Structor es: vide quomodo edifices ne ligna et fenum: ne stipulam vel paleas: sed argentum et aurum et lapides extrue preciosos. Pastor es: attende tibi ne quid te pretereat eorum que ad pastoris studium ac diligentiam pertinent. Si autem que sunt ista pergris: ausculta. Quod errauit: conuerte et reuoca: quod attritum est: colliga: quod egrum: sana. Agricola es: attende tibi vt diligenter circumfodias infructuosam ficum: et adhibeas stercoris quales: et totum facias quod ad fructuosum spectat euentum. Miles es: attende tibi: vt non militans deo implices te negocijs secularibus: vt placeas ei qui te probauit. Sed collabora euangelio: vt milites in illis bonam militiam dimicans aduersus spiritus nequitie: aduersum principatus et potestates: et aduersum mundi huius rectores tenebrarum: tum deinde etiam aduersum vicia carnis. Assumme scutum fidei: et omnia arma spiritus quibus inductus possis resistere aduersus ignita dyaboli tacula. Athleta es: attende tibi ne quid aduersum leges athleticas geras: quia nemo coronatur: nisi legitime certauerit. Imitare paulum qui sic currit: vt comprehendat: et sic luctatur non quasi aera verberans: sed macerat corpus suum: et seruituti subijcit: ne forte alijs predicans ipse reprobus efficiatur. Vigila ergo et tu et indesinenter oculum ad considerandas aduersarij astutias geras. Si curris: sic curre vt comprehendas: et ea que retro sunt obliuiscens ad ea

te que in ante sunt extendens. Si colluctaris: aduersum inuisibiles aduersarios pugna. Talem te esse vult huius precepti sententia: nihil remissum: nihil somno et ignauia prepeditum: sed sollicite et vigilanter cuncta circumspectantem prudentem te vult esse in consilijs: in actibus strenuum. Attende ergo tibi. Deficiet me tempus enarrantem de singulis quibusque que in opus euangelij procuranda edocemur huius precepti virtute. Attende tibi vt vigiles ad omnia: vt nihil te in consilijs pretereat: obseruare presentia: futura prospicere: que in manibus sunt commode dispensare: que sperantur fideliter expectare: ne forte presentibus iactanter te et inaniter debere perfrui putes. Sicut non nulli leues et instabiles iuuenes vana cogitatione mentis inflati: si quando forte per silentium temporis et nocturnam quietem falsis imaginibus per cogitationem mente conceptus: describunt sibimetipsis excelsas dignitates: preclara coniugia: liberorum felicitatem: prolixam senectutem: obsequia subiectorum: clientum famulatus. Et cum in re nihil fit: vano cogitationis tumore supra omnes homines efferuntur. Ingentes domos intra momentum extruunt: easque subitus et sola mente conspectis facultatibus replent: immensa terrarum spacia et agros vberes occupant: et tanta possessionum iura defendunt: quanta nutu vage mentis incluserunt. Sed et fructum earum extructis latius horreis vanitatis recondunt. Addunt nihilominus greges: armenta: seruitia: magistratus: regni etiam ipsa et imperij fastigia summa presumunt: gerunt bella: mouent classica: trophea statuunt: ducunt triumphos: et per totius regni curas inani solicitudine debacc[a]ntur: ita vt in manibus tenere omnia et nusquam comparentibus tanquam presentibus se perfrui arbitrentur. Proprius est langor iste totius ocio se et desidie anime videre somnia vigilantem. Quam dissolutionem mentis et inflamationem cogitationum resecans et restinguens sermo diuinus: saluberrimi precepti huius auctoritate succurit dicens. Attende tibi: idest ne ea que nusquam sunt cogites: sed vt presentia et que palam sunt diligenter expedias. Arbitror autem etiam illud vicium resecare volens legislator mandati huius adiutorium pretulit: quoniam facile est vnicuique nostrum curiosius aliena perquirere quam propria et domestica procurare. Ne ergo hoc accidat: define inquit mala aliena discutere: define aliorum actibus tua perstrepere et concelebrare conuiuia: define poculis tuis aliena probra miscere: et iter epulas ac fercula tua

alterius vite innocentiam lacerare. Noli ergo attendere alienis langoribus: sed attende tibi ipsi. Ad perscrutationem tui converte oculos aie tue: quia multi fm verbum dñi festucā in oculo fratris sui vident: trabem vero que in oculis eorum est non considerant. Tu ergo nūq̄ cesses te metipsum pscrutari: si vita tua fm formā dirigitur mandatorum: si conversatio tua oi culpa vacat. Attēde ergo et circūspice te ipsum: non eorum qui extra te sunt culpas et pctā dinumeres: nec solicite disquiras sicubi macule aliquid in proximo tuo reperias fm phariseum illum tumidum et iactantem qui stabat se ipsum iustificans et exprobrās ac despiciēs publicanum: sed te ipsum discutere non cesses: ne quid in cogitatione deliqueris ne quid sis plapsus in lingua dum incauti loquacitate preuenit et precurrit sermo consilium: ne quid etiam in actibus tuis et manuum opere cōmiseris: qđ vel auaricie: vel ire: vel libidini ministratum sit. Si hec intra temetipsum discutias: semper et inquiras: multa inuenies que intra te debeas emendare: et pro quibus debeas penitudinem gerere. et tāq̄ homo si qd tale reperceris dic sicut publicanus ille dicebat. Deus propicius esto mihi pctōri. Attende ergo tibi ipsi. Hic tibi sermo ēt si in rebus prosperis degas et ois tibi vita scđa felicitate succedat. vtilis semp et necessarius apparebit: tāq̄ bonus et fidelis consiliarius cōmonitiones vite suggerens melioris. Si vero ēt aduersis et tristibus vrgearis: et hec tibi in tpe necessitatis cōmonitio suggeratur: maximum illico remediorum solatium dabit: vt neq̄ in prosperis arrogātius extollaris. neq̄ in aduersis mollius et remissius resoluaris. Diuitijs flores et polles: et illustrium pauorum consulatibus intumescis: pñie parentūq̄ nobilitate te iactas: pulchritudine corporis erigeris et decore: honoribus extollerís: et secularibus fulciris officijs: tum maxime attende tibi ipsi: et memento quia mortalis es: et quia terra es et in terrā ibis: et qa pōt et ad te dici. Stulte hac nocte auferent abs te aiam tuam: et que preparasti cuius erunt? Intuere eos qui ante te similes potentie dignitatibus effulserunt. Ubi sunt? Quid agunt? Ubi fasces eorum? Ubi magistratus? Ubi diuersarum insule dignatum? Ubi deniq̄ eloquentissimi rhetores et vehementissimi oratores? Ubi hi q crebros conuentus orationum suarum fauoribus celebrant? Ubi popularis aura? Ubi largitio numeralis? Ubi exquisi-

ta equorum preparata certamina? Ubi deniqz satrape? Ubi reges? Ubi tyranni? Nōne oīa puluis ꝛ cinis est? Nonne oīa antique fabule: supfluaqz narratio est? Nōne in perexiguis ossibus anguste vasculo vrne conclusis oīs eorum memoria continetur? Deniqz intuere ꝛ inspice eoꝝ sepulchra: si poteris discernere quis ibi seruus: quis ve sit dn̄s: quis pauper: quis ve sit diues. Discerne ibi si potes plebeium a rege: viruꝫ fortem ab imbecilli: decorē ab informi. Si ergo horum oiuꝫ memor fueris: nulla tibi oriet elationis occasio: sed semp memor eris tui: si precepti memor attenderis tibi. Qui si ignobilis es obscuro loco natus: pauper ex pauperibus procreatus non domo gaudens: non patria: inualidus viribus: quottidiano quoqz indigēs sumptu: viuens sub potentium colafis cum tremore oibus ac tremore subiectus: cunctisqz humilitate paupertatis expositus. sicut ait ille: paup nō suffert minas: non in his temetipsum despitias ꝛ desperes: neqz qz nihil tibi in pn̄ti vita magnificum presto est oēm tibi abscidas ꝛ amputes spem bonoꝝ: sꝫ reuoca aios tuos ad ea que iam tibi bona indulgentia diuina concessit: ꝛ ad ea nihilominus erige mentem tuaꝫ que futura imposterum repromisit. Considera ergo primo oium ꝙ homo es in terris ꝛ ipsis dei manibus format⁹. Nōne sufficeret hoc soluꝫ recte integre sapienti ad magnum summūqz solaciuꝫ: ꝙ ipsis dei manibus qui oīa reliqua precepti solius fecit auctoritate subsistere homo factus es ꝛ formatus: tuꝫ deinde ꝙ cum ad imaginem ꝛ similitudineꝫ creatoris sis: potes ad angelorum dignitatem culmēqz remeare? Aliam nāqz accepisti intellectualem ꝛ rationabilem per quam deū possis agnoscere: ꝛ nām rerum cōspicabilis rationis intelligētia cōteplari: ꝛ sapiētie dulcissimis fructib⁹ tibi perfrui presto est. Omne tibi cedit aiantium genus qđ per conuexa montiuꝫ vel pre rupta rupium aut opaca siluaruꝫ: oē vel qđ aquis tegitur: vel perpetibus pēnis in aera suspendit: omne inqꝫ qđ hmōi est seruitio ꝛ subiectioni tue liberalitas munifici conditoris induxit. Nōne tu tibi sensu rationabili suggerēte diuersitates artium repperisti? Nōne tu vrbes condere oēmqz earum reliquū vsum per necessarium viuentib⁹ inuenisti? Nonne tibi per rationē que in te est mare puium fit: terra flumina fontesqz tuis vel vsibus vel voluptatibus famulantur? Nōne aer hic ꝛ celum ipsum atqz

oēs stellarum chori. vite mor-
talium ministerio cursus suos
atq; ordines seruant? Quid er
go deficis aio ꝛ deesse tibi ali-
quid putas? Si nō tibi equus
ꝑducit faleris exornatus ꝛ spu
manti ore mādit argentea fre
na: sed sol tibi ꝑducit veloci ra
pidoq; cursu ardentes tibi fa-
ces caloris simul ac luminis por
tans. Non habes aureos ꝛ ar
genteos discos: sed habes lu-
ne discum purissimo te ꝛ blan
dissimo splendore radiantem.
Non ascendis currum nec ro
taruz lapsibus veheris: sed ha
bes pedum tuorū vehiculum
tecum natum. Quid ergo bea
tos censes eos qui aurum qui-
dem possident. alienis aūt pe-
dibus indigent ad necessarios
commeatus? Nō recubas ebur-
neis lectis: sed adiacent tibi fe-
cūde cespitis viridantes: ꝛ her-
bidi thori florum varietate. me
lius q̄ fucatis coloribus tyrij
muricis picti: i quibus dulces
ꝛ salubres somnij nullis cura
rum morsibus effugant. Non
te ꝯtegunt aurata laquearia: sz
celum te ꝯtegit ineffabili stella
rum fulgore pictū. Hec qdez
quātū ad cōis vtilitatis perti-
net vitam: accipe vero maio-
ra. Propter te deus in hoib⁹:
spūs sancti distributio: mortis
ablatio: resurrectionis spes: ꝑp
te diuina precepta hoibus de-
lata que te ꝑfectā doceant vitā:

ꝛ iter tuū ad deum per manda
torum tramitem dirigant. Ti-
bi pandunt regna celorum: ti-
bi corone iustitie preparat: si ta
men labores ꝛ erūnas pro iu-
stitia ferre nō refugis. Et si attē
dis tibi horū plura inuenies ꝛ
maiora: nec deficies aio ad erū-
narum pn̄tium tolerantiā: sed
ad futura precepti huius eru-
ditiōe sustoleris. Sed ne in illa
qdem parte te incōmonitū pre
teribo. Si qn̄ te idest mentem
tuam iracūdia exasperat: ꝛ sti-
mulis imorantis egritudis itu
mescis: cum rabidus dentium
stridor: genaruz pallor: tremor
labiorum: cum totus deniq; fe
rinos agis motus: si attēdas ti
bi idest recorderis precepti: ira
cundiam quidem velut equuz
indomitum ꝛ ferocem diuini
sermonis ictum verberibus cō
tinuo coercebis: linguam vero
protinus ab insolentia refrena
bis: ꝛ manus nequaq̄ ad vl-
ctionez irritantis extendes. Si
quando vero obscene concu-
piscentie illecebrosis animam
suggestionibus vexant: ꝛ pre-
cipitem eam in luxum libidi-
nis rapiunt: si attendas tibi ꝛ
recorderis huius precepti: in-
uenies: quia presens ista dul-
cedo libidinis ad finem ama-
rissimum vergit: ꝛ iste qui nūc
carni nostre incubat luxus ge-
nerabit ex se pulgilē supplitio-
rū vermē ꝑpetue vltōis ꝓsciaz

fodiētē. Sȝ ⁊ calor iste desiderij
carnalis feruorq̄ꝫ libidinis tpa
Sacre hystorie fratres dilectissimi ad hoc nobis est tradita legēda narratio: vt maiorum si fieri pōt: saltē aliq̄ ex pte mores imitemur: si non possumus imitari virtutes. Tanta. n. pbitate vixerūt: vt pars felicitatis sit nosse qd fecerint. Igit Job vir fuit iustus et verax: ab vniuersis concupiscentijs huius mundi secret⁹: puersatōe lipidus: mēte limpidior: vsqꝫ adeo circūspectus atqꝫ irreprehensibilis: vt dei sit testimōio collaudatus. Unde non in merito beat⁹ btā vita fruebatur. Nāqꝫ erat illi splendidissima domus: diues censu: diues quoqꝫ numerus liberoꝝ: et quod est parētibus gratū vtriusqꝫ sexus: et inuicē se amantiū: quorū pro numero deo diurnas hostias offerebat. Tanto aūt puritatis ac fidei erat muro munitus: vt nō auderet eum attentare dyabolus: nisi adeo iussus. Jam hic considerate fratres quēadmodum seuierit incitatus: qui ferri non pōt blandus. Igitur famigerabile comitē pluī: illinc dyabolus horrendus: toris intonans armis ministrisqꝫ insuper suis in auxiliū cōcitatis terribili increpans tuba predonū que corda face furiali succensa impetibus crebris passim totas hois dei facultates inuadit. Subito rapina: igne: ferroqꝫ vniuersa vno momēto disperdit. Hinc Job alta fidei radice robustus tot nuncijs lugubribus tundit nec mouet: sed tm̄ benedicit deū facultatesqꝫ suas contēnendo custodit. At vbi dyabolus aggressuris tantis nihil se profecisse cognoscit oēs impietatis sue rabiem in filios eius effundit. Nam cū solito more, vnāimes, vna epularent in domo: subito pcussis toto nixu quatuor angulis ei⁹ inconfusam molem parietib⁹ tectisqꝫ labentibus illam sanctissimam fratrū cohortem se pellit āteqꝫ iugulet. Talesqꝫ est comētus ipietatis excidiū: vt in illa vnius funeris turba: paternus dolor non sufficeret orbitati. Cum nescit quē pmū plangat: quem priorem inue-

niat: cui primū iustitiam crudi funeris soluat? Quo nuncio accepto dei seruus scidit vestimenta sua: non vt deo inuidiā faceret: sed vt expeditus cū hoste pugnaret. Contempsit denique in perditis facultatibus diuitē: dissimulauit in amissis liberis patrem: in pena sui corporis iustū. Nāque sūmo capitis a vertice vsque ad imos vngues pedu3 plaga inimici percussus populosis vlcerib⁹ non distinctū est: sed totus vnū vulnus ei fact⁹. Uerūtū in his oībus nihil aduersus deum improbe loquit. Non vxori illicita suadenti succūbit. Nō amicis insultantibus cedit: sed victor crudelitatis et īpietatis in sterqlinio sctido scaturēte vermib⁹ sedet quasi nihil passus: sed solo dei timore contentus. O felix vir qui mira patientia deum promeruit: dyabolū vicit: sanitate3 recepit: facultates liberosque suos nō perdidit: sed mutauit. Job quantū intelligi datur fratres carissimi xpi ima ginem preferebat. Denique comparatio inducat veritatē. Job iustus dictus adeo est: ipse iustitia de cuius fonte oēs q beati sunt gustant. Ecce.n. de ipso dictū est: orieт vobis sol iustitie Job verax est appellat⁹. Adest vera veritas dñs: qui ait in euāgelio. Ego sum via et veritas. Job diues fuit. Et quid ditius dño: cuius sunt oēs diuites serui: cuius est orbis totus oisque natura beatissimo Dauid dicente: dñi est terra: et plenitudo eius orbis terrarum et vniuersi qui habitāt in eo. Job dyabolus ter tēptauit. Similiter euāgelista perhibente: et dñm ter est temptare conatus. Job facultates quas habuit amisit: et dñs celestia sua bona: amore nostro neglexit: paupereque3 se fec: vt nos diuites faceret. Job filios furens dyabolus interemit: et dñi filios prophetas insanus ppls phariseus occidit. Job vlcerib⁹ maculatus est: et dñs sumendo carnem: totius humani generis pctōrū est sordibus obsoletatus. Job vxor sua hortat: vt peccet: et dñm: vt corruptelam seniorum sequatur: sinagoga compellit. Job amici sui insultasse perhibent: et dño sui sacerdotes: sui isultauere cultores. Job isterqlinio pleno vermib⁹ sedet: dñs qq3 in vero sterquilino idest in huius mundi ceno versatus est: inter ebuliētes diuersis scelerib⁹ ac libidinib⁹ hoīes qui veri sūt vermes. Job et sanitatē recepit et facultatem: ac dñs resurgens non sanitatem tm̄: sed imortalitatē in se credentib⁹ prestitit: dñmq3 totius nature recuperauit. Sicut est ipse testat⁹ dicens. Omnia mihi tradita sūt a patre meo. Job vicarios fi-

lesti mox efficit vinos. Lignū auxiliare quo tendit. vel portatur crucis est dñice signum: sine quo viuere imortalitatēq3 apprehendere in toto non pōt xpianus. Ad tabulatis isert: celestis vie vtiq3 altitudo monstratur. Ligaturis astringitur: cum renuncians seculo sponsione facta spiritaliter sacris interrogationibus obligat. Luxuriosi crines falce tondūtur: idest oia oino pctā baptisma te spūsq3 sancti vigore amputantur. Plorat feliciter vitis: purgata materia de hoie loto felitius manant doctrine celestis diuīa flueta. Ruptis oculis idest spiritaliter patefactis precedētibus folijs fructus sequela se se commendat: similiter xpian⁹ monitis diuinis precinentib⁹ obsecūdando. in quibus eterne fructus est vite ꝛ defenditur pariter ꝛ nutrit. Ad iugum peruenit: cum prerogata omni facultate pauperibus crucem suam portans: consumata omni iustitia expeditior sequitur christū. Ad tempestatis solis. atq3 imbris ad maturitatem cogitur: ꝛ iustus temptatiōibus crebris magnis ac varijs perducitur ad coronā3. At vbi vindemie venerit tempus idest psecutōis dies: passi3 vue diripiunt. Idest ibi considerate sanctis oibus violenta infertur manus ad torcular cū portant idest ad supplicij locū deducunt ab operarijs ibide3 conculcant: hoc est summa cū ꝯtumelia a persecutorib⁹ illusi iugulant. Sucus caru3 in vltimo prdi pōdere duabusq3 tabulis exiccat: similiter iudicij die a xpo fm tabulas legis cōfessorū sanguis vindicta vsq3 ad vltimū quadrantem exigit. Calcatores de eodem musto bibunt: ꝛ persecutores sepe credentes in christu3: calice3 preciosum quem paulo ante calcando fuderant gustant. aliqui etiam bibunt. Mustum patrisfamilias celle reconditur: vt preciosius transfretatione reddatur: ꝛ martir dñice habitationis in recondita assumit: vt ibidem ex hoie in angelum transfusus: eterne vite beatitudine glorietur.

¶ De psalmo centesimo. Sermo. XVIII.

Negligentes legis sacre cultores sepe magno implicant errore: cum aut dicta non ꝓ locis intelligunt: aut dictorū minime rationes ingrunt. Igitur in pñti psalmo ꝓpheta cum dicat misericordiā ꝛ iudiciū cātabo tibi dñe: qūo dñs in euangelio dicit: qui credit in me nō iudicabit: qui aūt non credit: iam iudicatus est? Hoc dicendo eximit iudicio fideles: non admisit ad iudiciu3

infideles. At si vtreq; partes iudicio vacant: quomodo vni cuiq; merces pro suo actu red datur? Sine causa tenim laborare videbitur iustus: nisi recipiat secundum facta sua que gessit in iustus. Nõ ergo sic accipiendu3 est quẽadmodũ ab imprudentib⁹ estimat. Ceterũ dñi dictũ quo sit pondere q̃ue ratione prolatũ: explanat proprietas ipsa vbo℞. Qui credit inquit in me: non iudicabitur. Recte. Quid.n. necesse est iudicare credentem? Judiciũ.n. ex ambiguis rebus existit: adẽ pta ambiguitate iudicij nõ desideratur examen. Ex quo nec infideles necesse est iudicare: q2 iam sua sunt incredulitate dãnati. Ex hac.n. vita quis secu3 aut coronã3 portat aut penã. Quam rõnem Dauid in psalmo pmo his verbis expressit. Non resurgunt inquit impij in iudicio: neq; pctõres in consilio iustorũ. Gradatim ꝑ meritis quasi cum quibusdã3 elogijs paucissimis verbis: toti⁹ humani generis iudiciu3 designauit. Et.n. quantũ intercest inter impiũ z pctõrẽ: tm̃ itercest inter pctõrẽ z iustũ. Deniq; ẽt ipse impijs iudiciũ: q2 iam sua impietate ꝓiudicati sunt nõ derelinquit: neq; pctõres qui iudicandi sunt: iustorũ qui nõ iudicabunt dignos esse consilio existimauit. Nunc scire debemus q̃n iusti vite ppetue im pij eterno sũt destinati supplicio: nullaq; eos cognitio expectat vlterius: qui nam sint isti quibus est iudiciũ preparatũ. Et a quo: scire debem⁹: nisi ab ipso dño: qui suum dictũ prosequitur dicens. hoc est autem iudiciũ q2 lux venit in hũc mũdum: z dilexerunt hoĩes tenebras magisq3 lucem? Ambiguos vtiq; xp̃ianos designauit ac lubricos q inter pios impiosq; sint medij: nullam partem tenentes ad plenum: cum vtrãq; tenere non desinunt. Fideles nõ sunt: qa hñt aliquid infidelitatis insertũ. Infideles non sunt: quia hñt imaginem fidei: professione deo: factis seculo seruientes. Volũt nosse legem: nolunt eius ꝑcepta seruare. Signũ salutare venerant: z tñ a ministerijs demoniũ non recedunt. Multos namq; dei metus in ecclesia continet: sed tñ eos mundana voluptas ad se trahit. Impij non manent: q2 his dei nomẽ in honore est: pij non sunt: q2 patrem venerandũ prauis moribus ledũt z Orant: q2 timent: peccant: q2 volunt. Unde non est absolutus reatus: vbi de amoris comparatõe duarũ ꝯtrarũ sibimet partiũ iudiciũ flagitat. Ambiguitas.n. nisi fuerit discussa iure non põt mereri sñiam. Et q sunt isti quos ambiguitas suo

iudicio reseruauit? Utiq3 illi si cut apl's quoq3 ait: qui cognitum deu3 non quasi dn̄m honorauerunt: neq3 ei gratias egerunt: sed vanis persuasionibus cogitationes eorū abducte sūt. & tenebris optū est cor eorū: vt diligerēt magis tenebras q̄3 lucē: creaturā poti⁹ q̄3 creatore3: Itaq3 tria cōuenit esse iudicia. Unum iustorū: qui non tantū vt dem̄ est non iudicabunt: sed istum mundū ipsi iudicabunt: Apl'o dicente. An nescitis: q2 sancti de hoc mundo iudicabunt? Alterū impiorū qui nō sunt iudicandi: q2 iam iudicati sunt: sed perituri scriptura dicente: iter impiorū peribit. Tertium pctōrū quorū obliq3 an cipitisq3 vite sunt necessario discutienda secreta. Apl'o vtrūq3 prosequente. Nam qui sine lege inquit peccauerint: sine lege peribunt. Et qui in lege peccauerunt per legem iudicabunt. Uidetis ne fratres multū inter esse iter damnati & iudicādū? Qua3 iudicij formam ēt ipsa humanitas q̄3uis i iusta sit seruat. Nemo namq3 paterfamilias honesta fidelitatis sue lucra offerentem sibi suū seruu3 iudicat. sed honorat vt filiu3. Alterū vero quem venena conterentem in adulterio: in homicidio: in falso: in maleficio deprehenderit: carnifici destinat statim non audiendū: sed competentibus penis excrutiandū Tertium quoq3 quem aduerterit fraudulentū coloratis ratiocinijs sua furta excusantem reseruat examini: vt ponderatio damnis rebusq3 seruatis: snīa in eum prout debito: exti terit: iure possit exprom i. Ita erit vt iustis corona: pctōribus aut excusatis: aut emēdatis indulgētia: impijs aūt eterna pena tribuat. Per dn̄3 iesu3 xp̄3 qui est benedictus cum spiritu sancto in eterna secula seculorum. Amen.

¶ De psalmo.cxxvj. Ser.xix.

Nisi dn̄s edificauerit domū: in vanū laborauerunt qui edificant ea3. Nisi dn̄s custodierit ciuitate3: in vanum vigilant qui custodit eā. In vanum est vobis diluculo surgere. Uolunt plures sanctū Salomonem edificationi ciuitatis & templi studentem: in eo psalmo molitiōis sue tpe euersionem ciuitatis ac templi q̄d conciderit prophetasse: q2 titulus ante latus auctorem eu3 huius psalmi esse demonstret. Magnis.n. viribus & totis regni sui opibus magnificū aliquid & deo dignū efficere temptabat. Nam centū quinquaginta milia viro2: sicut scriptū est in diuersos edificatōis vsus ac ministeria occupabant. Et quāq3 statuta a se consuetudi-

ne perfectis oibus maxime cu stodie ciuitatis ⁊ templi solicitudo esset adhibenda: tñ cũ nõ ignoraret: omnẽ tanti laboris operationem futuram: ⁊ ciuitatem a babiloniis ob pctã po puli dirruendam ista dixisse. Nisi dñs edificauerit sibi domuꝫ: in vanũ laborauerũt edificantes eam. Putant aũt ꝓphetiam hanc ꝯsumatam eo tẽpore fuisse: quo postea captiuitatem ppli dario rege reditũ impartiente edificata: rursum per Zorobabel ⁊ ihm filiũ Josedech ciuitas fuit: q̃rũ inopẽ sensum illa ipsa posset ꝯsumatio edificatõis arguere. Naꝫ p aggeũ ꝓphetam ita hos eosdẽ restauraturos esse hierusalem dñs est locutus. Adhuc semel ego cõmoueo celum ⁊ terraꝫ ⁊ mare ⁊ aridaꝫ: ⁊ subuertaꝫ sedes regum. Psalmi ergo virtus non in tpe tñ Salomõis: sed etiam in aggei intelligenda est conuenire. Edificationis.n. labor van⁹ ẽ. Edificata nãqꝫ a Zorobabel ciuitas solatio Hesdre hodie ex se cõflagrationis cinere ex deformium ruinarũ ꝑbet feditatẽ. Et has sedes reguꝫ quas se edificatores regni eterni gloria restaurare arbitrant: vastatio iterata subuertit. Sed eadem huc etiam ceterorum subuertenda regnorũ: Bene aũt in oia humani operis propheta opera ꝓphauit. Scit inutiles esse humanaruꝫ custodiarũ vigilias. Scit in casum esse ꝯsurgentium matutinas solicitudines. Ciuitas ⁊ a se instituta ⁊ ab aliis restituta iam nulla est: non proficit edificatio vel ꝑma vel ꝯño. Et recte ipse ille euertende ciuitatis propheta est: qui auctor fuerat extruẽde. A deo ergo domus est edificanda que maneat: q꜡ nisi que a dño edificata fit: nõ manebit. A deo ciuitas est custodienda ne pereat: q꜡ nisi a deo custodiẽda fit ciuitas dirruetur. Et primũ que domus dei fit intelligamuꝫ: vt p id cognosci possit quatenus ab eo edificanda mẽsura fit. Domus est habitantis habitatio. Sermo enim diuinitus ꝫm intelligẽtie nostre ꝯsuetudinem naturãqꝫ se temperat: cõibus rerum vocabulis ad significationem doctrine sue ⁊ institutionis aptatis. Nobis.n. non sibi eloquitur: atqꝫ ideo nostris vtitur in loquendo. Conuentus ydem ecclesiarum siue templi quos ad secretam sacramentorũ religionem edificiorũ septa ꝯcludunt: ꝯsuetudo nostra vel domum dei solita est nuncupare vel templũ. Scriptura quoqꝫ vel ꝓphetica vel aplica ad demonstrationem locorũ his est vsa noibus. Uerum non hanc que a nobis ita nuncupata est domũ dei esse ex ipsius dictis

docemur. Ait.n. Celu3 mihi sedes est terra aut scabellu3 pedum meorū: quā domū mihi edificabitis: aut quis locus requietionis mee? Nōne hec oīa fecit manus mea? Non cōcluditur ergo edificiorū domib⁹ infinitus deus: non locis in aliquo cōtinet virtus imēsa: que omīa est operata apl'o ipso ita testante deus qui fecit mundū r oīa que in eo. Et cum sit celi r terre dn̄s: nō in manu factis templis inhabitat. Nulla ergo dei requies est: r nulla habitatio. Et forte nequoq̄ crederet esse qui nusquā est: audiamus ergo ipsum de requie sua r habitatiōe testatū. Ait.n. Hec reqe mea in seculum seculi hic habitabo: qm̄ elegi eā. Elegit aūt Syon. Sed nūqd eā de qua presens pphe huius querela est? Nisi dn̄s edificauerit domū invanū laborauerunt qui edificant eā. Syon in qua templum fuerat euersa est: r vbi sedes dn̄i eterna? Nō habitabile ei templū? Nēpe illō de q̄ dictū est. Uos estis templū dei: r spūs dei habitat in vobis. Hec domus r hoc dei templū est: doctrinis r virtutibus dei plenū est: sanctitate cordis diuini: capax incolatus de quo idem hic pphēta ita testatus est. Sctm̄ tēplu3 tuū mirabile in equitate. Sanctitas equitas: ptinētia humana: dei templū est. Domus ergo edificanda per dn̄3 est. Humanis .n. operibus structa nō permanet: non doctrinis seculi instituta consistit: nec in omni laboris r solicitudinis nr̄e cura custodiet. Extruenda aliter est: custodienda aliter ē. Nō super fluxa3 r dilabantem harenā3 inicianda: sed fundamentum super pphas r apl'os locando est: lapidibus viuis augenda est: angulari lapide continenda est: r mutue conexiōis augumentis in virum consumatum r in mensuram xp̄i corporis extruēda ē. Spē q̄q3 ac decore gra3 spūaliū adornanda ē. Hec ita a deo.i. doctrinis ei⁹ edificāda nō pcidet: hui⁹ dom⁹ edificatio. Nēo nūc israel captiu⁹ post plenitudinē gētiū pseqt: hec dom⁹ i domos plūs diuersis: fideliū edificatōib⁹ in vno q̄q3 nr̄3 ad ornatū r āplitudine3 beate illius ciuitatis exercet. Cuius ciuitatis iādiu dn̄s vigil custos est: qua Abraha3 peregrinū tuetur: cum imolandum Isaac reseruat: cum Iacob seruientem ditat: cum Ioseph venditū perficit: cū Moysem aduersus Pharaonē cōfirmat: cu3 ducem bellis iesu3 dirigit: cum Dauid de oīb⁹ periculis liberat: cum Salomonem dono sapientie munerat: cum pphetis adest: cū Elyam rapit: cum Eliseum eligit: cum Danielem pascit: cum Tami-

no pueros irrogat: cuȝ tribus quartus assistit: cum gignēdo se ex virgine Joseph per angelum instruit: mariaȝ ꝯfirmat. Joannem pmittit: aplos elegit: patreȝ pcatꝰ dicens. pater sancte serua eos: cum essem cū his custodiebam eos in nomine tuo: cuȝ deniqꝫ ipse ille post passionem eterne in nos custodie sue vigilias pollicetꝰ: dicēs. Ecce ego vobiscu suȝ: oibꝰ diebus vsqꝫ in consumationeȝ seculi. Et ciuitatis illiꝰ btē atqꝫ sancte eterne custodia est: qꝛ ex multis in vnū ꝯuenientibus τ in vno quoqꝫ nostrū deo ciuitas est. Est.n. sancti corporis τ fidelis aie τ placita possessio. Qd autē per dn̄m edificanda sit: ipse in euangelijs testatꝰ dicens. Amen dico vobis: nō cōsumabitis ciuitates israel donec veniat filius hois. Et huiꝰ quidem tpis edificationes beatus apls meminit dicens. Cuȝ aūt intrauerit plenitudo gētiū tunc qd reliquum est israel saluabitur. Hec igiꝰ ciuitates idest sancti cuiusqꝫ corpis atqꝫ anime deo placitus incolatus τ cetus: hunc vnū hȝ perfecte huius edificationis artificeȝ. Edificanda ergo per dn̄m hec ciuitas est: vt in aduentū consumationis sue crescat. Non.n. iam edificatio cepta perfectio est: sȝ perfectionis consumatio comparatur. Ceterum in edificandis his domibus corporum τ aiarū ciuitatibus humane artes vacant. Inanes.n. sūt phorum vigilie: τ ociose solicitudines frustrantiuȝ in inuestigandis nature secretis τ perscrutādis mūdi laboribus studium: sed lapsuram cito domū operatio talis edificat. Inanis qqꝫ erit matutina eoꝝ resurrectio: que qꝫqꝫ oibus que in lucē venerint sit cōstituta corporibus tn̄ ea que non fuerint edificata per dominū nequaqꝫ ea que i dn̄o ex mortuis resurgente iaȝ cepta est: matutine resurrectionis gloriaȝ consequetur. Ac ne aliquam psalmus opinionem intelligentie in se terrene τ corporalis admitteret: perfectiōis istius tpis τ edificandoꝝ significationem ipso dictorū suorū ordine docet nō humanis edificationibꝰ τ terrenis custodijs τ matutinis eorū resurrectionibus improbatus ait. Surgite postqꝫ sederitis: qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnū: ecce hereditas filij merces fructus ventris. Nullus relictus est locus in his dictis ambigendi. Nam prophetie veritatem: gesta deinceps ꝯsumant: cognitionem vero gestoruȝ doctrina euangelica atqꝫ aplica subministrat. Ciuitas ergo deo ē edificanda que maneat: qꝛ humana edificatio infirma sit τ cadu

ca. Ac ne lapidea: cementa: ligna: ciuitatem hanc esse existimaremus: que hec esset: et quando esset perfecta ciuitas: docet dicens. Surgite postquam sederitis. Sessio: quiescentium requies est: a qua surgere debent qui ad perfectam hanc ciuitatem sunt comparandi. Et qui tandem sunt isti qui surgere postquam sederint iubentur? Nempe qui manducatis panem doloris. Panem doloris manducat quisque se hominem in vitijs natum viuere meminerit. Cum m.n. voluntas nostra per dei metum et spem eternorum ad perfecta innocentie opera contendat: econtra naturalis quedam nos consuetudo vitiorum in ipsis illis ex quibus emergeret timor demorer vite dolorem per infirmitatem destitute voluntatis accipimus secundum dictum prophete. Qui apponit sciam: apponit dolorem. Dum enim veritatis cognitio voluntatem nostram ad profectum consequende vtilitatis instiget: et nature consuetudo voluntatem scientem se proficere oportere detineat: profectus scie: profectus doloris est: cum tamen se per naturam doleat detineri: quantum naturam sibi per cognitionem intelligat relinquendam. Hinc ergo dolor vita est: hinc panis doloris est: cuius vite et doloris. hic idem propheta meminit dicens. Cibabit nos pane lachrymarum: et potum dabit nobis in lachrymis in mensuram. Tenendum autem est semper non esse definiendum: neque idcirco ad perfectum non contendendum: quia doleamus nos quod tendimus non posse contingere: sed in ipsa contendendi pertinatia dolendum est: non contingere non posse quo tendimus. Doloris huius dominus meminit dicens. Beati lugentes: quoniam ipsi consolabuntur: beatitudinem consolationibus ad luctum et dolorem non adepte consumationis impertiens. Propheticam autem virtutem et ipse ille dispositus in tempora verborum ordo seruauit dicens. Surgite postquam sederitis: quorum alterum in presens est: idest surgite ne fides tanquam de incertis et dubijs ambigeretur: cum veluti presentem efficatiam veritas prophetice admonitionis afferret: et in nobis fiduciam spei non constanter insereret. Tempus autem huius quod presens est mandati distulit in futurum: in eo quod ait. cum sederitis. In non ambigendis ergo mandatis presentis temporis est veritas: in consequendis autem expectandi temporis dispensatio reseruatur. Ut autem nouerit quando sibi surgendum esse cum sederit: si vna temporis ipsius demonstrata est plenitudo: cum dederit inquit dilectus suis somnum. Mortem sanctorum dei somnum frequentissime nuncupat. vt adhuc eundem prophetam dicit. Cum obdormieris et rege

ueris cum patribus tuis: tunc excitabo de semie tuo: q mihi erit in filiū ꝛ cui ego ero i pr̄ez Et dn̄s d̄ Lazaro: Lazarus dormit. Et apostolus de resurrectione ait: qm̄ nos qui viuimus non ꝓueniemus eos qui dormiunt. Plenitudine itaqꝫ gentium insomniū mortis recepta et israel reliquo saluo: tūc post hanc sessionem atqꝫ somnum resurrectionis est tp̄s. Et q: dum temporuꝫ plenitudo concludit̄ gentium quoqꝫ crediturarū ſm ap̄lm consumabit̄ plenitudo: idcirco ait. Cuꝫ dederit dilectis suis somnum. Hoc surgendi silentiuꝫ quod ꝛ dādi dilectis suis somni tp̄s esse demonstrans idest oī plenitudine iam recepta. Quid aūt sint dormientes dilecti: ꝛ sessuri resurgentes ꝯtinuo cuꝫ quadam figtione rei p̄ñtis ostēdit dicens. Ecce h̄ditas dn̄i. Sācti scilicet dormientes ꝛ resurrecturi sedentes hereditas dn̄i est non illa carnalis Jacob neqꝫ terrenus israel factus est diuisione gentium portio ꝛ funiculum hereditatis ſm Moysem dicentem. Cum diuisisset excelsus gentes ſm numerū angelorum dei: ꝛ facta est portio dn̄i Jacob: funiculus hereditatis eius israel. Et q: iam israel ob impietatem suam esse non meretur hereditas: que hereditas eēt ondit̄? Ecce hereditas dn̄i:

filij merces fructus ventris. Ea ergo in filijs hereditas dn̄i est: qꝛ ex mercede fructus ventris acceperit. Non eniꝫ inanis hic fructus est: cū ex virginali ventre manens antea deus nascit̄. Nā merces eius hereditas est: ꝛ hec h̄ditas filij sunt. Quot quot inquit eum receperūt dedit illis ptātem filios dei fieri. Et rursuꝫ. Filioli adhuc pusillum suꝫ vobiscū. His ergo hereditas est: ꝛ hec hereditas merces fructus est vētris. Est ergo dn̄s fructus ventris: quē ex se in vite nostre fructum pariens virgo progenuit. Et hec eius merces est qui ex virgine nascēdo fructū ventris esse voluit: vt ei gentes quas in filios per fidem generaret: hereditas fint. Qꝛ aūt: q: fructus effectus sit hoc mercedem hereditatis acceperit: psalmus alius testatur dicens. Postula a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatem tuam ꝛ possessionē tuā terminos terre. Testatur ꝛ ap̄ls. Qui cū forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalē deo: sed se exinaniuit: formam serui accipiēs in similitudinē hoīuꝫ factus ꝛ habitu repertus vt homo. Humiliauit se fact⁹ obediens vsqꝫ ad mortem: mortēꝫ aūt crucis. Propter qd̄ exaltauit illuꝫ deus ꝛ donauit illi nomen qd̄ est super omne nomē: vt in noīe iesu oē genu flectat̄:

celestium τ terrestrium τ infer norum: τ ois lingua confiteaẗ: qm̄ dn̄s iesus in gloria est dei pris. Hec ergo merces fructus ventris est: que donaẗ ex nomi ne: que deferẗ i honore: que pre statur in gloria: τ hanc hꝫ retri butionem ob imortalem eius naturam humane infirmitatis suscepta natiuitas: vt q: fruct⁹ ventris fact⁹ est: merces quoqꝫ eius gentium fiat hereditas: τ hereditas ipsa fint filij. De hic sequiẗ. Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussoꝝ. Sa gittarum hic vsus est: vt emisse celeri volatu feranẗ: τ ad desti nata queqꝫ deflexa linea diri gantur. Esse aūt sagittas qbus dn̄s vtatur ita legimus cū ait. Misit sagittas suas τ dissipa uit eos. In Esaya quoqꝫ scri ptum est: qđ etiaꝫ de ipso dn̄o forte dictum esse possit intelli gi. Et posuit me tāq̄ sagitta m electā. In pharetra sua abscon dit me: τ ait mihi. Magnū est tibi hoc: vocari puerum meū. Ergo istiusmodi dei sagitte vo latu cite ictu fideles quas quā tum spiritalis ratio demōstrat significari doctrinas propheti cas atqꝫ apostolicas in quib⁹ dei verbum esse oportet intelli gi vbiqꝫ missas compungētes arguētes volantes: q̄q̄ in plu rimis locis meminerimus esse τ mortiferas τ letales sagittas de quibus scribitur. Sagittas suas arsuris operatus est. Ve rum hic non de vltricibus sa gittis dicit aliquid vel intelligi pōt: q: nūc sicut sagitte in ma nu potentis filij excussorum. Pharao i mari rubro in inte ritum ob crimen in pietatis ex cussus est. Excussum quoqꝫ aplicis pedibus puluerem sci mus sniaꝫ eē maledicti. Et q: prophete ipsius qui excussorū dei pctōrū τ maledictoruꝫ filij tāq̄ volantes τ fideles sagitte doctrine celestis emissi sunt: vel apli ecclesiarūqꝫ doctores de excussis per impietatem suam in maledictū gentibus credide runt: idcirco ait. Tanq̄ sagitte in manu potentis ita filij excus sorū. Orbe terre volatu pagrā tes infidelia corda doctrine te lo vulnerantes: τ pctōrū oium icentiuo salutari iaculo pugnā tes: atqꝫ vt ex his dictum intel ligi possit: quos deus excusso rum filijs ad doctrinā salutis modo mitteret sagittaruꝫ ait. Btūs vir qui impleuit desyde rium suum ex ipsis: non cōfun detur cum loquetur inimicis suis i porta. Beatus ergo ille est: qui ex ipsis desideriū suuꝫ potuerit implere: idest vel de sa gittis vel de filijs excussorū de siderabilibus sc. s. doctrine ver bis implere: τ de pdicatis fru ctibus futurorū bonorū expe ctatisqꝫ satiare atqꝫ vt hos ex dei doctrina edificatores eē il

lius quã supius memorauit ci uitatis ostenderet: idcirco ait. Ex ipsis non confundent cum loquetur inimicis suis in porta. Qd ex ipsis siue ad beatuz virum pertinet qui desideriuz suũ impleuit ex ipsis: vel ipsis filijs excussoꝝ erit propriũ qui ex ipsis non confundant: cum in porta inimicis suis loquantur. Neq3 ambiguum est qui in porta loquent edificate per predicationẽ suam domo ciuitatis. Meminimus autem in psalmo dictum. Qui exaltas me de portis mortis: vt anunciemus oẽs eius laudes i portis filie syon. Hic quidem plures porte sunt: in quibus propheta a portis mortis exaltatus: oẽs laudes dei predicat. Sed scimus esse portam vnaz regiaz: dñicã: celestem: de qua dictum est. Hec est porta dñi: iusti introibunt in eã. Et cũ nõ confundent hi excussorũ filij in porta inimicis suis loquentes: necesse est vt his inimicis suis loquentes non confundantur: qui cum iustis non merebunt intrare exprobante illis impietate in deum: inobedientia in predicantes: in fidelitate in eterna promissa: odia in innocẽtes & in ipsa ecclesie membra: scui ciam ipsi confitentes: & nulla fidei sue ac religione ambiguitate trepidantes: sed hos inimicos suos ab eius additu igressuq3 prohibẽtes. Quia nemo vadit ad pre3 nisi per me: id est per dñm nrm iesum xpm qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ De psalmo. cxxvij. S. XX.

Quotiens de timore dñi in scripturis est sermo: aiaduertendum est nunq3 eu3 solitarium relinqui tãq3 sufficienter nobis ad consumationem fidei: sed subijci aut anteferri ex quibus timoris dñi ratio & perfectio intelligatur. Ut cognoscamus ex eo qd p Salomonem in prouerbijs dictũ est. Si.n. sapientiam inuoces & intellectui des vocem tuam: & exquires tãq3 argentum & tãq3 thesauros iuestiges eã: tũc intelliges timorem dñi. Uidemus enim quantis vsq3 ad timore3 dñi gradibus peruentum sit. Ante.n. inuocãda sapiẽtia est; & omne legẽdi offm intellectu i est deputandu3: & exquirenda ac peruestiganda est sapientia; & tunc timor dñi intelligendus Sed quantũ ad cõem humane imbecillitatis trepidatione3 metuentis est id perpeti qd sibi nolit accidere. Existit aũt & cõ mouet in nobis de reatus conscientia: de iure potioris: de impetu fortioris: de egritudinis casu: de fere occursu: ꝺ ois mali passione. Hic ergo timor nõ docetur: sed ex natura infirmi-

tatis occurrit:neq3 quid timendum sit discimus:sed terrorem suum ipsa illa nobis inijciunt que timenť. At vero de timore ita scriptum est. Venite filij audite me:timorem dñi docebo vos. Dicēdus ergo timor est: q: docetur. Non.n.in terrore: sed in ratione doctrine est:neq3 ex tripidatione nature est: sed preceptorū obseruantia z operibus vite innocentie: z cognitione veritatis ineūtis est. Nas si idcirco deus timendus est qz plura fulminibus arserint:tonitruo prostrata sunt.'terre nunc motu conciderint: nunc hiatu recepta sunt:nullum fidei meritum in timore est:qui ex terrore accidentium cōmoueť. Nobis aūt timor dñi ois:in amore est non in metu. Dilectionis aūt nostre in eum. hoc ꝑprius offm est: parere monitis:statutis obtemperare: pollicitis cōfidere. Audiam⁹ ergo scripturam dicentem. Et nunc israel quid dñs deus tuus postulat a te:nisi vt timeas dñm deum tuu3:z ambules in oibus vijs eius:z diligas eu3: z custodias ꝑcepta eius ex toto corde tuo: z ex tota aia tua: vt bene sit tibi? Quibus dictis conuenientia z congrua propheta in exordio psalmi locutus est dicens. Beati oēs qui timent dñ3: qui ambulant in vijs eius: ondēs non ex trepidatione nostra: qz nec timoris est auctor in ceteris neq3 ex terrore eius qui terribilis fit. beatos esse qui timeant: sed ex eo q in vijs dei incedāt. Timor.n.vt diximus:nō i metu:sed inobedientia est:z timoris testimonium est obsequella. Ceteru3 si quis timeat: neq3 pareat: erit quidem timens ex trepidatiōe nature: sed nō erit beat⁹ ex timoris officijs. Multe sunt aūt vie dñi:cum ipse tñ via sit. Sed cum de se loquiť: viam ipse se nuncupat: z rationem cur se viam nuncupasset ostendit dicens. Nemo.n.pōt ad patrem venire:nisi per me. Uerum cum de prophetis ac scriptis coru3 quibus ad xp̄m pergitis sermo est:tunc vie plures sunt in vnam viam:vndiq3 congruentes. Qō vtrūq3 eodem per Hieremiam prophetam loco significatu3 est dicentem. State in vijs dñi: z interrogate semitas dei eternales: z videte que est via bona: z ambulate in ea. Multe itaq3 vie interrogande sunt: z in multis insistendum est:vt vnā que bona est inueniamus per multorum.s. doctrinam: vnam via3 vite eterne reperturi. Uie.n.in lege:vie in ꝑphetis:vie in euāgelijs:vie in aplis sunt:vie q̄q3 in diuersis preceptorum operibus sunt: in quibus per dei timorē ambulantes beati sunt quibus dicitur. Labores fru-

ctuum tuorum manducabis. Sermo ad plures ceptus ad vnum refert dicens. Non oēs qui in xp̄m crediderint vnum esse: ap̄lo ita cōfirmante. Oēs enim vos vnum estis in xp̄o ie su. Siue.n. ad vnum siue ad plures loquatur in vnum: id erit significātie: qđ ī pluribus. Est aūt contuendum propheti cum hunc sermonem ab vsu cōis opinionis discrepare. In hac.n. vite conuersatione qui manducant laborum suorum fructus: manducant ex prouē tibus elaborati operis sumen tes. At vero propheta ait. laborū fructus manducādos. Non consequitur sensus humanus dicti huius intelligentiam. Ex laborib⁹.n. fruct⁹ est non ex fructibus labor. Deinde labor ministeriū corporis est: fructus vero merces laboris. Ministerium aūt corporis corporale est. Nihil aūt edere: nisi qđ corporale ē possumus Sȝ ꝓpheta nihil de terrenis ꝛ de p̄ntib⁹ tractat. De btitudine etiam timentium dn̄m ꝛ in via eius ambulantium ei sermo est. Qui.n.in ius dn̄i ambulabunt: illi labores fructuū suorum manducabunt. Non enim hic manducatio corporalis est: qꝛ neqꝫ id qđ manducandum est corporale est: ꝛ habemus hic cibum spiritualem aiam nostram in vita alentem bona.s.opera. bonitatis: castitatis: misericordie: patiētie: trā quillitatis: in quibus nobis cō tra corporum nostrorū vicia laborandum est. Horū laborum fructus in eternitate est: sȝ labor hic eternorum fructuū ante comedendus est: eo ꝙ in vita hac corporali aīa nr̄a alenda est per cibum horum laborum obtinentes panem viuū: panem celestem ab eo qui dixit. Ego sum panis viuus de celo: quē cum indigne ꝑm mā datū ap̄li qs acceperit: iudiciū sibi acquirit. Hi sunt ergo labores fructuum manducandi eorum.s. fructuum qui in celis metentur. Nunc dum in terra sumus: opera sumenda sunt. Hec.n. nunc aīum saturant: hec in celum suis fructibus ꝓ sequuntur. Deniqꝫ sequēti versu vtriusqꝫ huius tp̄is beatitudinem propheta demonstrat dicens. Beatus es ꝛ bene tibi erit. Quorum alterum in p̄n̄s obtineas: ꝙ beatus es; ꝙ vere bene tibi erit, repositū est ī futurum: qꝛ interim labor futurorum fructuum manducetur. Uxor tua sicut vitis abūdās: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mense tue. Ecce sic benedicet ois homo qui timet dn̄m. Multis forte sermo iste in p̄ntis benedictionis gaudio aptus videbitur: vt ex miseri-

cordia suppetat pacifica et utilis in domo coniunx saluus et dulcissimus circa conuiuium cetus filiorum. Sed si hec perfecta bona fuissent: que cum sint bona non tamen celestia bona sunt. tamen: si in his beatitudo timoris dei constitisset: obtinuisset utique princeps fidei et timoris dei abraham: cui uxor diu sterilis bis ab repta est: filius ex promissione munus offerri in hostiam iussus et sacrificium admotus intulit orbitatis dolorem. Ipsi domini Isaac duo filij diffidentes et usque ad odium mortis inimici. Jacob autem ignorante uxoris inopinatus maritus: et ad nuptias alias fal so coactus: et uiuentis unius par ricidali fratrum mendatio plangens caruit benedictionibus et apud quos et a quibus fides est apud eos fidei sanctificatio non reperietur. Quantos autem peccatores videmus florere domo: coniuge: liberis? Jam vero benedictionibus dei priuabitur felix illa et beata virginitas: causam sibi beatitudinis non requirens? Et ubi erit illud pauli: vellem autem omnes homines esse sicut et me? Et nescio quomodo propheta per fectam eam beatitudinem con stituerit que negata sanctis est: peccatoribus usitata est: non speranda virginibus fit. Ergo quia secundum humanam intelligentiam propriam perfectam beatitudinem dicti huius sermo non explicat: erigende sunt ad spiritalem doctrinam mentes atque aures. Lex enim omnis secundum apostolum spiritalis est: et ipse non humilem nec terrenam beatitudinis spem secutus est dicens. Pater domini nostri iesu xpi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus. Cum itaque in spiritalibus et celestibus benedici se ostendat: perfecta illa sanctorum beatitudo non in his terrenis et corporeis esse speranda est: sed potius intelligendum est per corporalium et terrenorum nuncupationem: celestium bonorum esse intelligentiam consequendam. Nunquid cum dominus secundum euangelium sponsus est: et secundum Joannem habet sponsam: de sponsis terrenis et corporalibus significari estimandum est? Non utique: sed per hanc sermonis consuetudinem docemur eum esse qui promissus sit gentibus: cuique a patre ecclesie hereditas per adoptionem corporis quod ex virgine presumpturus esset desponsata sit. Ut autem nunc cognoscamus quid sub uxoris nuncupatione intelligi oporteat: commendum est quid et alibi sub hoc eodem uxoris nomine tractet. Salomon ait: quia quesiui sapientiam sponsam adducere mihi ipsi: et quia sponsam requirit: diuitem querit. huius sponse sue opes memorat dicens. Honestatem glorificat conuictum dei

dño: et omnium dñs dilexit eam. Et simulatam cognitionem quas desiderat: nouit et q̃ a principio sint. et q̃ futura sint cõspicit. Et item. Uxorem virilem quis inueniet? Et preciosior est aũt lapidibus multi precij istius mũdi. Et hec in prouerbijs dicta sunt: quia prouerbia non hoc qđ verbis sonant explicant: sed dictorum virtutem. Ex vsu verborum cõium nũciant. Docet aũt dñs in euangelijs quid prouerbia intelligenda sunt: dicẽs. Ueniet hora vt iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palam de patre annunciẽ vobis: Ergo s̃m prouerbiorum rationem vxorem virilem nosse debemus: eam nempe quam sibi Salomon spõsam optauit assumere. de qua rursus ait. Ju dicaui igitur hanc adducere ad conuiuendum mecum: et amator factus sum pulchritudinis eius tãq̃ vxor assũpta sapia. Hec igitur virilis est perficiẽs oia: et sibi subdens et in labore vtilium operum valida; ipsa deo placita: et p doctrinam eius dignam et preteritorum sciam: et futurorum cognitionem perfectam. Hec timentis deũ vxor totis domus sue laterib⁹ diffusa fecunde vitis: modo semper oia operum nostrorum latera extendit. Domus aũt non ambigitur hoc aie nostre esse domicilium: quid sibi vnusquisq; per timorem dei et vias eius incundo et habitationem sapientie eius mũdat. Ex hac igitur filij qui erunt tãq̃ nouelle oliuarum in circuitu mense nostre erunt: non in conuiuijs. In circuitu futuros ait esse de mẽsa. Mensa. n. dñi est: ex qua cibũ sumimus: panis. s. vim. Cui⁹ hec ratio ẽ: vt ipse viuẽs eos q̃ qui se accipiant viuificet. Sed est et mensa lectionum dñicarũ in qua spiritalis doctrine cibo alimur: de qua i psalmo alio scriptum est. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: et in captionem et in retributionem et in scandalum. In captione. n. illis est scandalum. Omnibus intellecte ipsius pphetie lectio pficiet. Sed qui doctrinã dei consectantur: nisi in operũ ministerio versentur mense illius cibo non proficient. Nam sicut ex coniugio liberi: ita et sapientia bone voluntatis opera procreantur. Hec igitur tãq̃ nouelle oliuarũ mẽsam nram circuibunt: idest doctrine nostre cognitionem: opimorum quasi laborum fructibus obumbrabunt. Seruauit etiam hanc ppheta rationem: vt neophitam oliuã diceret: idest nuper plantatam: qr per sapientiam tãq̃ coniugem assumptam: cuius filij sunt opera fidelia. Hec eadem in hac terra nostri corporis plantant. Hec igitur vxor

modo vitis abundantis in domus nostre lateribus diffusa: hi filij idest ex tali coniuge opera procreata tanq plantate oliue in mense nostre circuitu assistentes: qz hec timentium beatitudo est: ppheta subijcit. Ecce sic benedicetur ois homo. Jungitur z timentis merito etiam votum prophete dicentis. Benedicat te dns ex syon: z videas que bona sunt hierusalem. De hierusalem z syon in superioribus psalmis frequenter sumus locuti ex quibus vel in quib9 bonorum omniu consumatio speranda est. Nunc.n. quis bonis celestibus pfruamur: maiora nobis in syon z hierusalez tpibus reseruantur. Hoc.n. seculum promissorum bonoruz capax non est. Hec.n.nunc mundo ab scandalis: in quo z zizania dyabolus sup serit: in quo regio est corruptionis: z locus iniquitas z conuallis ploratio nis: in quo mudi potentes sunt harum tenebrarum. Sed habemus interim promissorum nobis lumen: in quo tanq per speculum z in enigmate feliciu rerum imagines contuemur. Tunc facie ad facie visuri non interposita obscuritatis nube: aut speculi emulantes splendore: sed vera z conspicabili beatitudinis nostre contemplatione letabimur: operum nostrorum fructus contuentes z mercedem vite innocentis videntes. Nam vt opera ex sapientia gignuntur: ita z operibus retributio nascitur. Est ergo sapientia innocentie mater: z rursum innocentia fructus retributionis parit. Hos ergo cosequemur: dyabolo contrito: aculeo mortis retuso: z omni principe ac ptate huius seculi exempto: cuz iam pax nobis fit: hoste victo z perempto. Qd propheta psalmi ipsius conclusioni testatur: dicens. Benedicat te dns ex syon: z videas bona hierusalem oibus diebus vite tue. Et videas filios filioz tuorum: z videas paceз sup israel. Speremus ergo hec bona hierusalem celestis z syon montis z pacis israel: que in pace est in dno iesu xpo: qui est benedict9 in secula seculorum. Amen.

¶ De psalmo.cxxviij.S.XXI.

Sepe expugnauerut me a iuuentute mea dicant nunc israel. Instituimur dictis propheticis ad tolerantiaз presentium passionum: vt nature nostre infirmitas aduersus seculi iniurias semper impatiens suscipiat sapientie doctrinam ab eo q i pnti psalmo ait. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Non ociosa virtus religiosi viri est: neqz quieta exigit vitam. Impugnatur iam ab ipsis iuuentutis sue initijs

z impugnatur sepe. Non nouella itaqz neqz rara impugnantium odia sunt: sed sepe etiam ab ipsis initijs etatis insesta sūt. Et idcirco hec sunt que fidem probant: que patientiaz testant que inuicte virtutis coronā merentur. Nouit beatus apostolus Paulus hanc longi prelij coronam dicens. Nemo coronatur: nisi qui legitime certauerit. Certamen tm̄: non sufficit ad coronam. Legitime certandum est: idest oium passionuz bella peragēda sunt. Nō sufficit semel: neqz vni9 certaminis bello militasse. Et audiamus hoc ipsum legitimū certamen cum dicit de se. In laboribus copiosius: in plagis abundantius: in custodijs eminentius: in mortibus frequenter. A iudeis qnquies quadragita vna minus accepi: ter virgis cesus suz: semel lapidat9 suz: ter naufragaui: noctem z diem in profunduz maris fui. Merito iste tot z tantis prelijs perfunctus dicere ausus est. De cetero iam superest mihi corona iustitie: qa nemo nisi legitime certauerit coronatur. Huic etiam vox hec prophetica competit. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Cōfidentie maxima gratulatio est: tantorum z tam numerosorum bellorum recordari. Sed nūc tacito ipugnantiū noie: impugnatio sola memoratur: z causa noscenda est cur auctores impugnationis sileantur. Oēs humane iniurie que religiosis viris inferuntur: non eosdez hūt auctores quos hūt ministros. Ex secutio quidem hoium est: sed dyaboli instinctus. Et huius nobis inte ligētie apl's auctor est dicens. Nō enim nobis certamen est aduersus carnem z sanguinem: sed aduersus ptātes mundi potentes harum tenebrarū: spiritualis nequitie in celestib9. Et rursum. Secunduz principē aeris huius z spūs qui nunc operat in filijs inobedientie. Operantur ergo he spirituales nequitie in his qui inobedientes dei legi sunt: quos voluntatis sue tanqz operarios eligunt: re sua aliene intercessionis ministerio vsuri. Neqz solum id ex apli dictis intelligimus: sed etiaz ex libro Job docemur. Cum.n. dyabolus ptātem Job tēptādi postulasset: per direptiones substantie eius: primum de se victurus: hoies ad pastoruz cedem z ad direptionem pecudū excitauit: eosqz in hanc voluntatem latrocinij accendit. Egit ergo qd volebat per humane operationis officium. Judas quoqz in passione dn̄i ministerium dyaboli fuit: z per eum effectum voluntatis est ppzie executor: euāgelista testāte ita. Intrauit inquit sathanas in

iudas cognominat Scarioth. In omni igit quã perpetimur iniuria alterius opus alterius instinctus est: z non sibi officit quisq aliquid pturbulẽte vo luntatis impetũ gerit. Nõ er go his irascendũ est a qb' ali qua perpetimur: sed quotiens per ptumelias ad iracundiam puocamur quotiensq per cõ uicia ad lites excitamur: quo tiensq ad dolorem z impiam damni querelam per rapinas z furta cõpellimur: aut i corpo ris voluptates alẽdas adhor tationis solicitamur instinctu: agnoscendus est hostis ille per quem hec operũ ac dictorũ in centiua prebent. Neq irascen dum est hoibus aliene instiga tionis operarijs: sed potius in his detestandi officij itercessio feda miseranda est: q sint vasa dyaboli Sathane ministeriũ z latrocinãtiũ tela: z aliene ma licie ac nequitie paritores. Ob hanc ergo cognitionem ppha fine distinctiõe nois tm impu gnantiũ noie de his atq illis idiscrete locutus: q per hoies in se id q spiritali negtiarũ est gerebat. Cepit itaq tãq ex psona sua ppha: sed qd a no bis dici oporteret quodã ipse pfessionis exemplo ante prelo quit. Talis.n.ordo dictor est. Sepe impugnauerũt me a iu uentute mea dicat nunc israel Quid dicere debeat? Tum de inde tãq doctus z exemplo p phetice confessionis imbutus. israel ipse iã loquit. Sepe im pugnauerunt me a iuuentute mea: z.n. non poterant mihi. Talis religiosorũ dz esse pfessio z hec vera fidei pbatio est: vt q sepe z a iuuentute impugnẽt: nũq tñ eorũ quos z sepe z pri dem impugnauerint 'prep otẽ tes sint. Aduersus aũt validio res z longũ z frequens est pre lium: z idcirco inimice spirita lesq virtutes: firmos fide z ti more dei viros sepe ptemptãt: q iterari necesse est: qd z diu ge ritur z nũq optinet. Maneã mus ergo vt sepe ipugnemur: z sepe ipugnati habeamus hãc gloriã: nec aliqñ cedamus. Et hinc fit impugnationis nostre assiduitas: q non fit inpugnã tiũ prepotẽs fortitudo. Mos aũt est eorũ qui nequãq lõgis atq assiduis prelijs preualẽt: vt victorem exercitum z firmis agminibus incendentem a ter go adeant: z dorso sicubi iam pretereat insidias machinent: illic dolos fabricant: illic oia in sidiarũ artificia exercent. Ita z petõres temptant in cassum fideles viros euntes iam verita tis via dorso adeunt: insidiant dorso: dolos ptinant. Et ideir co ait. Supra dorsum meum fabricabant peccatores. Cur rit apls ea que retro sunt obli uiscens: seq i ea que i añriora

sunt extendens. Lex ad fideles ita locuta est. Persequentur te inimici tui: et non cõprehendẽt. Non cõprehẽdisse aũt eos docet: cum ait. Fabricabant. Indefiniti .n. tpis significatio est. Fabricabant.n. semper: nunq̃ fabricatõis sue effectũ ↄsequentes indefesso fidei cursu: cui quotidie supra dorsum fabricabant bella currentiũ: atq̃ hanc pertinacem infestantiũ iniquitatẽ sequens versus absoluit. Prolongauerunt iniquitatẽ ipsorum. Esaye pphetia est dicentis. Ue ve qui trahunt pctã sua: tanq̃ funem longum. Non definũt eni pctis pctã conectere: et tanq̃ funis modo in longũ implexa semper extendere. Sãcto enim currente et pctõribus in dorsum fabricantibus cum hinc ad destinatum currendi illis semper fabricandi modus nullus fit: fit pctõrũ prolixa series et multiplex longitudo. Sed qd tandem hanc iniqtatum longitudinem maneat: noscendum est. Sequit.n. Dñs iustus ↄcidet ceruices pctõrum. Justus dñs et patiens .s. in vltionẽ dissimulator: ad pñte tps non iter exordia humane iniquitatis promptus ad penam. sed definendi a criminibus feram licet voluntatem pctõris expectans: tunc ceruicẽ ↄcidit: cum fine aliquo definendi modo fabricat: cum in longum pctã tendunt: cum iam oẽ patientis misericordie tps exclusum est. Exprobrari aũt semper ↄtumacibus legis meminim⁹ q dura ceruice sũt: cum ceruicosum populum esse Moyses ad dñm arguit: cum pphã filiabus syon exprobrat q alta ceruice incedunt: ceruice scz iugum dedignante: opibus fidei insolente: patientia dei ad producendam pctõrũ longitudinem abutente. Submitenda aũt ẽ ceruix iugo suauit: ad qd dñs inuitat dicens. Tollite iugum meum super vos: et discite a me: qz mitis sum et humilis corde. Non concidenda ceruix est huic se iugo subdẽs. Est.n. hoc humilitatis et mansuetudinis iugum: non semper impugnans: non in dorso fabricãs: non pctã plongans: sed humilitate et patientia ceruicem subditam fouẽs: superba illa insolentiq̃ ceruice iusti iudicij concidenda decreto. Dehinc sequitur. Confundant et reuereant retrorsum omnes qui oderunt Syon. Frequenter ad monuimus: syon montem esse hierusalem proximum. Sed cum rex syon cum filia syon cum porte syon a pphetis nũcupant. primo in ipso nomine itelligi dz: aliud sub syon significatõe mõstrari. Syon.n. speculatiõis interpretatio est. Q̃ñ.n. nobiscũ speculatio: id hebraice syon dicitur. Tum deinde dicti aplici

meminisse nos cõuenit: ad mõtem syon hierusalem celestem accessisse nos in dñm nostrum iesum credentes. cuius glorifico corpore qd in celestem gloriam transformatũ est. spei nostre honorem speculamur humanitatis nr̃e corpore i gloriã corporis sui cõformãdo. Ecclesiam aũt esse corpus xp̄i cuius inuicem membra sumus. ap̄ls testis ē: q2 ipsa syon mons dñi regis filia ciuitas sancta viuis lapidibus in fundamento prophetarum z ap̄lorũ edificata. Hanc ergo syon quisqs odit: odit eũ cuius z corpus est. Est enim sp̄ale aduersus fideles in fidelium oium odium. Confundendi ergo erunt qui syon oderunt: retrorsum reuerentur non in celestia currentes: neqz ad futura tendentes: sed ad terrena sua z originalia reuertentes: pudorem iniquitatis z infidelitatis iudicij tp̄e sentientes: z in penalem corporum sensuz amissa resurrectionis demutatione reddentes. Idipsum aũt psalmi cõntia docent. Fiant sicut fenum edificiorũ qd priusqz vellatur aruit. De quo non impleuit manum suã qui metet: z sinum suum qui manipulos colligit. Et non dixerũt qui preteribant benedictio dñi super vos. Nullũ vt arbitror ẽm corporalem intelligentiã edificiorũ fenuz est agri eiusdẽqz fructuosissimũ: ergo nihil hic ẽm aurium sensum tractandũ atqz opinãdum est. Sunt aũt ẽm scripture auctoritatem edificia firma: Qui fundamẽtis fidelibus supra petram iacta fluuijs ventis inundationib9 nõ mouent. Sũt z infirma que harenoso edificata fundamine cum tempestates orte fuerint: efficiunt ingenté ruinam. Sunt z satiões due ẽz ap̄lm sp̄us atqz carnis: z qui sp̄ualia seuerit: spiritualia metet: z qui carnalia seuerit carnalia metet. Ergo qui sepe z pridem impugnant: qui super dorsum fabricabant: qui prolongauerunt iniquitates: quorum õcident ceruices. qui oderunt syon: hi sicut fenum edificiorum erunt inutiles z corporee huius pñtisqz vite fructuz cassuz minime referentes. Edificia enim atqz tecta ẽm euangelicam cõparationem humana sunt corpora: aut fide firma aut ĩfidelitate ruitura. Ab hoc etiam edificij tecto instante persecutione dñs vnũquẽqz descẽdere inhibuit dicens. Et qui super tectum est: non descendat tollere de domo aliquid. Certe in persecutione fugiendum est. Et quo de tecto inhibuit descendere: nisi q2 cura corporis derelicta: q2 super tectum insistens: idest super terrenam naturaz manens humilia repetere z descẽdere ad inferiora phi

duxit: et mortuum deputauit. Negant ergo edificiorum feno pretereuntes dei benedictionem fructib' aridis et caducis: scientes gratiam diuini muneris denegandam. Sed prophete vota dura atque aspera esse credenf. Totus.n. eius sermo tanque optatio fuit.cum ait. Fiat sicut fenum edificiorum. Sed absit istud vt propheta precatus esse credatur. Talia aut scia e locutus est: cognitionis fuit sermo iste non voti: simul vt peccatorib' horror irrueret:inanitatem fructuum suorum arescentium cogniturus. Porro aut votorum suorum ostendit affectum dicens. Benedicamus vos i noie dni. Prompta benedictio est:si hi qui serebant edificiorum fenu serere incipiant:qd messoris manu et colligentis manipulos sinum repleat. Aridis ergo operibus et mortuos fructus suos in fenu edificiorum propheta monstrauit:benedictiones negando: vota aut sua erga pnium salutem pro reditu bone operationis ostedit benedictiones rursus quas negauit optando. Seramus ergo vtiliter et labores nros implendis manib' ac finibus preparemus: vt benedictionu dei pticipes esse mereamur in domino iesu christo qui est benedictus in secula.

De psalmo.cxxix.Ser.xxij.

Non nulli enim deo se deferre existimāt: si ad defferenda laudis eius insignia falsitatis argumenta componant. Qui nimirum si egregij predicatoris verba diligenter attenderent: talia non sentirent. Ait enim corinthijs. Si aūt xp̄s non resurrexit: inanis ergo est p̄dicatio nostra vana est fides vestra. Inuenimur aūt falsi testes dei: qm̄ testimonium dicimus aduersus deum ꝙ suscitauerit xp̄m quem non suscitauit. Secūdū hec ergo ap̄lica verba falsus testis dei merito dicitur: qui indiscrete eū cupiens laudare mētitur. Et aduersus deum ꝓculdubio perhibet testimonium: quisquis in eius laude peruersa molitur arte cōmētū. Propheta quoqꝫ terribiliter itonat dicens. Odisti oēs qui operātur iniquitatē: perdes eos qui loquuntur mendatium. Nimirum manifeste declarans quia sicut leuius est odire ꝙ̄ perdere: ita ēt tollerabilius est iniquitatē ex infirmitate proferre: ꝙ̄ ex studio mendacia fabricare. Hinc est ꝙ per hyeremiam de mendacibus dicitur. Docuerunt linguas suas loqui mendatiū: vt inique agerent laborauerunt. Qui enim simplicē veritatem vltro oblatam proferre facile poterant: satagūt vt mendatia cum labore confingant. S. Bernardus in ep̄la predicta ad canonicos lugdunenses. Uirgo igitur regia falso non eget honore veris honorum titulis infulis dignitatū cumulata. Honora sane integritatē carnis: vite sanctitatē. Mirare fecunditatem in virgine: prolem venerare diuinam. Extolle nescientem vel in concipiendo cōcupiscentiam: vel in parturiendo dolorem. Predica reuerendam angelis: desideratam gentibus: patriarchis ꝓphetisqꝫ precognitam: electam ex oībus prelatam oībꝰ. Magnifica gratie inuentricem ⁊ salutis: restauratricem seculorū. Exalta denīqꝫ exaltatam super choros angelorum ad celestia regna. Hec mihi de illa cantat ecclesia: ⁊ me eadem docuit decantare. Ego vero qđ ab illa accepi securus ⁊ teneo ⁊ trado. Accepi sane ab ecclesia illū diē cū summa veneratione recolēdū: quo sūpta de seculo necꝫ celi quoqꝫ intulit celeberrima festa gaudiorum. Sed ⁊ ortū virginis didici nihilominus in ecclesia ⁊ ab ecclesia indubitanter haberi festiuum atqꝫ sctm̄: firmissime cum ecclesia sentiēs inutero eam accepisse vt sancta prodiret. Sanctus igitur est ortus: quem imensa prodiens ex vtero sctitas sctm̄ fecit. Quid adhuc addendū his putamus honoribus? Ut honoretur inquiunt ⁊ conceptus: qui hone-

randum prerũit partus. Quẽ
si ille processisset: nec iste esset q
honoraretur. Qz si alius ꝑpter
eandem cãm ẽt vtriqꝫ parenti
eius festos honores asserat de-
ferendos: sed ⁊ de auis ⁊ proauis
id ipsum posset pro simili cau
sa quilibet flagitare: ⁊ sic tende
retur in infinitum ⁊ festoꝝ non
esset numerus. Patrie est non
exilij frequentia hec gaudioꝝ:
⁊ numerositas festiuitatũ ciues
decet non exules. Sed profert
scriptum superne vt aiunt re-
uelationis: quasi ꝗs nõ queat
scripturam eque producere in
qua virgo videatur id ipm mã
dare ⁊ de parẽtibus suis iuxta
mandatum dñi dicens hono-
ra patrem tuũ ⁊ matrẽ. Nẽpe
mihi facile persuadeo scriptis
talibus non moueri: qbus nec
ratio suppetere nec certa fauere
inuenitur auctoritas. Nũ qd
cõe hꝫ vt qm̃ sctm̃ precessit na
talem conceptus: propterea re
putetur ⁊ ipse sanctus? Nũqd
qm̃ ꝓcessit fecit ⁊ sctm̃? Et si pre
cessit vt esset: non tñ vt sctũs eẽt.
Unde enim ei ipsa sctitas: quã
secuturo transmitteret? An nõ
potius quia precessit absqꝫ san
ctitate conceptus: oportuit ni-
mirum sanctificari conceptam
vt sanctus sequeretur iam par
tus? An forte mutuatus sit san
ctitatē a posteriore prior? Po
tuit sane illa que in iam conce-
pta facta est sctificatio ad ipsuꝫ
qui sequebatur, trãsire natalẽ:
redire vero retrorsum ad conce
ptum qui precesserat iaꝫ oino
non potuit. Unde ergo conce-
ptionis sanctitas? An dicit͛ san
ctificatione conceptionis preuẽ
ta: quatenus iam sancta conci
peretur ac per hoc sctũs fuerit ⁊
ꝯceptus: queadmodum inute
ro dicit͛ iam sanctificata vt san
ctus sequeretur ⁊ ortus? Sed
non valuit ante sctã esse q̃ esse.
Si quidem non erat anteq̃ cõ
ciperetur An forte inter ample
xus maritales se spũs ꝯceptio-
nis immiscuit: vt simul ⁊ sanctifi
cata fuerit ⁊ cõcepta? Nec hoc
quidē admittit rõ. Quõ nãqꝫ
aut sanctitas absqꝫ spũ sanctifi
cante: aut sctõ spiritui societas
cum pctõ fuit? Aut certe pctm̃
quõ non fuit: vbi libido non
defuit? Nisi forte qs dicat de
spũ sctõ eam ⁊ non de viro cõ-
ceptaꝫ fuisse. Sed id hactenus
inauditum. Lego nãqꝫ spũm
sctm̃ in eam non cuꝫ ea venisse.
Et si licet loqui qd ecclesia sen-
tit ⁊ veruꝫ est qd sentit: dico vir
ginem Mariam de sctõ spiri-
tu concepisse non aũt de spiritu
sancto conceptam fuisse. Alio
quin vbi erit prerogatiua ma-
tris dñi qua singulariter credi
tur exultare ⁊ munere prolis ⁊
integritate carnis si tantũdem
dederis ⁊ matri eius? Non est
hoc virginē honorare: sed ho
nori ei⁹ detrahere. Si igit͛ an-

te cõceptum sui sanctificari mi nime potuit qm̃ non erat: sed nec in ipso quidem conceptu pp peccatuȝ qđ inerat: restat vt post ɔceptum inutero iam exi stens sanctificationeȝ accepisse credat: que excluso pctõ sctám fecerit natiuitatẽ nõ đt ɔceptio nẽ. Quãobreȝ ⁊ si aliqbus vel paucis filiorum hoīum datuȝ est cum sanctitate nasci non tñ concipi: vt vni sane seruaretur sancti prerogatiua conceptus: qui oẽs scĩficaret solusq; absq; pctõ veniens purgationem fa ceret pctõꝝ. Solus itaq; dñs iesus est de spũ sctõ cõceptus: q2 solus ⁊ ante conceptionem sctũs. Quo excepto vniuersos respicit ex Adam natos quod vnus humiliter de se ipso acre raciter confitetur in iniquitati bus inquiens conceptus sum: ⁊ ĩ pctis ɔcepit me mater mea. Cum hec itaq; sic se habeant: que nam erit ratio festiue conce ptionis? Quo pacto aut sctũs asseretur conceptus qui de spũ sctõ non est: aut festiuus habe tur qui minime sctũs ẽ? Libẽ ter virgo regia hoc honore ca rebit: quo vel pctm̃ honorari vel falsa induci sanctitas vide tur. Alioquin nulla ei ratione placebit contra ritum ecclesie presumpta nouitas: mater te meritatis: soror superstitionis: filia leuitatis. S. Bernardus in sermone de assumptiõe bea te virginis. Quãuis aũt bea ta maria originalem a parenti bus maculam traxerit non mi nus tñ a hyeremia sanctificatã inutero aut non magis a Jo anne baptista spũ sctõ repletaȝ credere ꝓhibet xp̄iana pietas. Neq; eius festis laudibus na scens honoraretur si nõ sancta nasceretur. S. Bernardus in sermone de sctõ Joanne bapti sta. Nulla ergo est ambigui tas qm̃ singularis virgo mater nis circũscepta viscerib⁹ subli miori sctificationis gratia mũ data sit: vtpote sacrariuȝ illud in quo dei filius carnem erat suscepturus. S. Anselmus in libro (Cur deus homo.) Un de virgo ista de qua iste homo assumptus est de illis fuit qui ante natiuitatem per eum sunt a pctis mundati: ⁊ in ipsa eius munditia de illa assumpt⁹ est.

Glosa. Hanc beatissime vir ginis Marie sanctificationem egregius propheta Isaias pre uiderat: dum clamabat. Pri mo tpe alleuiata est terra ȝabu lon. Petrus comestor magr̃ historiarum in sermone de na tiuitate beate virginis qui inci pit. (Primo tpe alleuiata.) Uide, q; patenter terra ȝabu lon maria sit appellata: ⁊ quo dãmodo alleuiata. Ecce enim oĩs humana caro secum trahit in cõceptione duo pondera cul paȝ videlicet ⁊ penã. Fuit ergo

hec virgo cū culpa ꝛ. pena con cepta: ꝛ ideo eius conceptio nō est celebrāda: sed tñ inutero san ctificata: ꝛ ab originali pctō mū data. Unde eius natiuitas est in ecclesia celebranda. Et ideo dicimus ꝙ superueniente in ea gr̄a spūs sctī sic fuit ab oī pctō mundata: vt credamus fomi tem pctī in illa oīno fuisse extin ctum quia tunc remansit pena culpe. Propter hoc dicit alle uiata ꝛ non exonerata. Tunc enim aliquid exoneratur cū ex toto pondus subtrahitur: sed alleuiatur cum vna pars sub trahitur ꝛ altera relinquitur. Innocētius papa. iij. in sermo ne de purificatione beate virgi nis. Uenit aūt spūs sctūs ꝑus in virgine cum inutero matris aīam eius ab originali peccato mundauit: sed postea superue nit in eam: vt carnem a fomite pctī mundaret: quatenus esset sine ruga prorsus ꝛ macula. Ricardus de sancto victore in tertio sniaꝝ di. 3. Superueniē te igitur spū sctō in mariam ꝛ obūbrate eam virtute altissimi illud solum remansit in ea qđ erat ad penam: illud totum re cessit qđ erat ad culpaȝ. Uicio sitas oīno recessit: penalitas re mansit. Magr̄ Paulus de perusio carmelita. in. 3. sniarū di. 3. Ideoqꝫ beata virgo tra xit meritum mortis: ꝛ habuit debituȝ moriendi. S. Augu stinus super psalmo. xxxiiij. Nam Adam mortuus est pp pctm̄: maria ex adam mortua ē pp pctm̄: caro aūt dn̄i ex ma ria mortua est pp delēda pctā. S. Augustinus contra maxi mum libro primo. Quia aūt deus non habitat hoiem queȝ non antea spūs sanctificauerit atqꝫ purgauerit: ad mariā bea tam dicebatur spūs sctūs sup ueniet in te: vtiqꝫ ad sanctifican dum ꝛ purgandum eam. S. Augustinus i scđo libro de ba ptismo puulorum. Ideo xp̄s non sumpsit carneȝ pctī ꝙuis de materna carne pctī: sed qđ inde suscepit illud ꝑfecto susci piendo mundauit. S. Am brosius super lucam. Et pro ptera spūs sctūs superueniēs in virginem: mentem eius ab omni viciorum sorde castifica uit. S. Augustinus in sermo ne de assumptione beate virgi nis. Igitur dei filius in virgi nem descendit sicut pluuia in vellus purgauit preciosaȝ mar garitam: ꝛ virginitas eius non sensit aliquam iacturam. Et di cunt machinei dn̄m iesuȝ xp̄m non potuisse per feminā nasci. Non enim dignum est inqunt vt tanta maiestas per sordes ꝛ squalores femine transire cre datur. Sed dicit tibi māichee deus creator oium filius hoīs. Quid est quod te mouet in na tiuitate mea? Non sum libidi

nis conceptus cupiditate. Ego
matrē de qua nascerer feci: ego
viam meo itineri ꝑparaui atq
mundaui. Hec quaꝫ despicis
manichee mater mea ē. Si po
tui inquinari cum eam facerē:
potui inquinari cum ex ea na-
scerer. Magister snīarū li. iij.
di. iij. Sane igitur dici potest
⁊ credi oportet iuxta sanctoruꝫ
attestationis conuenientiā car
nem verbi prius peccato fuisse
obnoxiaꝫ sicut reliqua virginis
caro: sed spiritus sancti opera-
tione ita mundatam vt ab om
ni contagione peccati imunis
vniretur verbo. Mariā quoq
totam spiritus sanctus super-
ueniens a peccato prorsus mū
dauit: ⁊ a fomite etiam peccati
liberauit ipm penitus euacuan
do vt quibusdaꝫ placet vel sic
debilitando ⁊ extenuando: vt
ei postmodum peccandi occa
sio nullatenus extiterit: sed ex
tunc ab omni peccato imunis
fuerit. S. Bernardus in epi-
stola ad canonicos lugdunen-
ses. Ego itaq puto ꝙ copio-
sior sanctificationis benedictio
ꝙ̄ in alijs sanctis ab vtero san
ctificans in eam descēderit: que
non solum ipsius sanctificaret
ortum: sed etiam vitam eius de
inceps ab omni peccato imunē
conseruaret. Quod alteri nemini
quidem innatis mulieruꝫ cre-
ditur esse donatum. Decuit ni-
mirum reginam virginum sin
gulari priuilegio scitatis absq
omni peccato ducere vitā: que
dum peccati mortisq perem-
ptorem pareret vite iustitieq
munus omnibus obtineret.
Magister alchuinus i libro de
trinitate. Ipsa nãq lana mun
dissima fuit ⁊ ꝟginitate clarissi
ma: que sola digna esset in se fi
lij dei recipere dignitateꝫ sicut
lana conchilij sanguineꝫ: vt ex
eadem fieret purpura imperia
li maiestati tantūmodo digna:
quãq nullus esset dignus in-
duere nisi augusta ꝑdictus di-
gnitate. S. Fulbertus episco
pus in sermone de natiuitate
beate virginis. Quid autem
putas qualis fuerit vel sit ista
persona que sanctis omnibus
spectanda proponitur ⁊ imitā
da? S. Jeronymus in sermo
ne de assumptione beate virgi-
nis. Hec enim diuinis angeli
cisq ꝑconijs laudata ē ac pre
dicata: a patriarchis quidem fi
guris ⁊ enigmatibus prefigna
ta: a prophetis autem prenun
ciata: ab euangelistis exhibita
⁊ monstrata: ab angelo venera
biliter atq officiosissime salu-
tata. Sanctꝰ Bernardus su-
per (Missus est.) omelia. ij.
Ut autem pauca de multis lo
quar: ipsa ē mulier que caput
serpentis contriuit venenatuꝫ:
dum oimodam maligni sug-
gestionem tam de carnis illece
bra ꝙ̄ de mentis superbia de-

duxit ad nihilu3. S. Bernardus ibidem. Hinc salomon cum nosceret vir sapiens muliebris sexus infirmitatem fragile corpus lubricam mentem: q3 tamen et deum promisisse legē rat et ita congruere videbat vt qui vicerat per feminam vinceretur per ipsam hanc solam requirebat: et vehementer admirans aiebat. Mulierem fortem quis inueniet? Et ne hoc quesisse putet desperādo: subdit pphetando. Procul et de vltimis finibus precium eius. Hoc est. Non vile: non mediocre: non deniq3 de terra nec saltem de celo terris proximo preciu3 fortis huius mulieris: sed a summo celo egressio eius.

Quid autem rubus ille mosayeus pretendebat flammas quidem emittēs sed nō ardēs: nisi mariam parientem et dolorem non sentientem? Quid virga Aaron florida nec tamē humectata: nisi mariā ipsam concipientem licet virum non cognoscentem? S. Bernardus ibidem. Quid etiam illud gedeonis vellus qđ vtiq3 de carne sine carnis vulnere tonsum in area ponitur: et nunc quide3 lana nunc area rore perfunditur: nisi carne3 assumptam de carne virginis et sine detrimento virginitatis? Cui vtiq3 distillantibus celis tota se infudit plenitudo diuinitatis: adeo vt de hac plenitudine omnes accepimus. qui vere sine ipsa nō aliđ q̄ arida terra sumus.

S. Bernardus ibide3. Audiamus et hyeremiam. Nouū inquit creauit dñs super terrā: femina circūdabit virum. Si dixisset infantem vel paruulu3: nec nouum videretur nec mirum. Sed vir erat iesus nec dū natus: sapientia quidem non etate nec corporis sed animi vigore. Hāc quoq3 hyeremie nouitatē Isaias lucidissime aperit dum dicit. Dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Vides q̄ pulchre et cōcorditer mira facta sanctorum et mystica dicta sibi inuicem cōueniuntur? Vides q̄ stupendum sit hoc vnum de virgine factum miraculum: qđ tot miracula preuenerunt tot oracula promiserunt? S. Fulbertus episcopus in sermone de natiuitate beate ꝟginis. Hec itaq3 virgo anteq̄ nasceretur vt predictu3 est diuinis est oraculis enciata et miraculis designata: tādem vero nata ex progenie diuinitus ordinata. Nata siquidem est vt legimus nazareno patre bethleemitica matre. Descendit autem a radice illius side preclari abrahe: cui pmissa fuerat omniu3 benedictio gentiū in semine suo. Descenditq3

a stirpe Dauid quem deus ꝑpter notaꝫ sibi probitatē subli mauit dicens. Inueni hominē scdm cor meuꝫ. De regali nēpe tribu simul ⁊ sacerdotali ducis originem: que summū erat pa ritura regem atqꝫ pontificem.

S. Fulbertus episcopus ibidēꝫ. De hac igitur beatissima virgine fratres carissimi confidenter asserimus: quia nullo virtutum genere vacabat: cui gratie plenitudinem inesse dei nuncius asserebat. S. Maximus episcopus in sermone de beata virgine. Sed quid primum carissimi quidue potissimum de tantis nobis est virtutibus decerpendum: quando quidem nihil exile sed totum summum est quod dicatur? Que enī dilectissimi huic beate virginis virtus deesse potuit: quādo gratiarum omnium carismatib⁹ plena fuit? Sit nāqꝫ inusitato ante modo summo est salutata ab āgelo. Aue gratia plena dn̄s tecum. Quid rogo iustitie quid sanctitatis virgo hec indigere potuit: que efficacis ad omnia gratie plenitudinē accepit? Aut quid potuit in eius animo vel corpore loc⁹ esse viciorum: quando ad celi vicem continentis omnia domini effecta est templum?

S. Fulbertus episcopus vbi supra. Quis enim cuꝫ admiratione iocunda non speculetur ipsius adolescentis nature fortitudinem ⁊ prudentiam ac fidē in angelico colloquio: vbi tam constanter eloquitur: tam prudenter interrogat: tam facile credit? Quis non iustitiam eius miretur qua sic vniuersa precepta legis implere satagebat: vt nec ad se non pertinentia quedam velut purificationem legalem inexpletam relinqueret? Ipsius quoqꝫ temperantia satis enituit: que deo dignitatis lilium in humilitatis valle produxit. Depromebant itaqꝫ virtutes in cogitatione ⁊ affectu cordis eius ineffabilem armoniam: quaꝫ ipsa creatrix ⁊ inhabitatrix dei sapientia delectabatur audire. Coruscabant quoqꝫ foris in superficie sermonis ⁊ actus vnde possent homines glorificare deū ⁊ exēpla salutis accipere. S. Ambrosius li. ii. de ꝟginitate. Uirgo nāqꝫ erat ⁊ corpore ⁊ mēte: corde humilis ꝟbo grauis animo prudens: loquēdi parcior: legendi studiosior: intenta operi: verecūda sermoni: nō in incerto diuitiarum sed in prece pauperis spem reponens: arbitrum mentis deum non hominem querere: nullū ledere: cunctis beneuelle: maiorib⁹ assurgere: equalibus non inuidere: iactantiam fugere. Quando illa vel vultu lesit parentes? Quando fastidiuit humiles?

Quando risit debilem? Quando vitauit inopē? Nihil toruū in oculis: nihil procax in verbis: nihil in actu verecūdū: vt ipsa species corporis fieret simulacrum mentis: et figura probitatis. S. Odilio abbas. Scimus etiam pro certo quod omnis marie vita et actio semper intenta fuit in domino. Ipsa siquidem optimam partem elegit: ideoque filij dei mater esse promeruit. S. Maximus in sermone de beata virgine. Hec revera est illa domus de qua per salomonem dicitur: saluo scilicet alio quo ecclesia signatur intellectu. Sapientia edificauit sibi domum: excidit columnas septem. Septem nāque virginalis hec domus colūnis suffulta est quia hec veneranda mater domini septem spiritus sancti donis idest sapientie intellectus: consilij et fortitudinis: sciētie et pietatis: atque timoris domini ditata fuit. Quam talem vtique diuina sapientia effecit: que digna omnino esset ex qua carnem assumeret inextimabilem scilicet precium salutis humane. Quid dignius hac fratres virgine? Cui nullus patriarcharum: nullus antiquorū: nullus sequentium patrū: nullus prorsus hominum poterit comparari? Nam quomodo huic quisque extimabitur conferendus: quādo preter virginitatis excellentiam tāte sublimitatis supereminet fruct⁹? Nec mirum si hec tā mirabilis virgo omnium sanctorum celsitudinem transcenderit mortaliū: cum in hac in parte etiam beatorum excellat meritum angelorum. De hoc fructu deus pater ad Dauid loquitur inquiens patriarcham. De fructu ventris tui ponam super sedem meam.

Petrus damianus in sermone de beata virgine. Sicut igitur omnipotens deus ineffabili prouidentie sue intuitu antequā homo fieret hominem periturum dyabolica machinatione preuidit: sic etiam redemptiōis humane consilium ante secula imense pietatis sue visceribus habuit. Et non solum qualiter redimeret modum et ordinem in profundissima sapientie sue ratione constituit: verum etiam quando redimeret certum temporis articulum prefiniuit. Sicut ergo impossibile erat vt humani generis redemptio fieret nisi dei filius de virgine nasceretur: ita necessarium fuerat vt virgo ex qua verbum caro fieret nasceret. Oportebat quippe prius edificari domum: in qua descendens celestis rex habere dignaretur hospitium. Necesse inquā erat prius erigi thalamum qui venientem ad nuptias sancte ecclesie susciperet sponsum: cui Dauid in spiritu epythala

mium canit. Tãqꝫ sponsus do
minus procedens de thalamo
suo. Merito ergo fratres caris
simi ꝓfusis gaudijs tot⁹ vbiqꝫ
terrarum mundus exultat: me
rito vniuersa sancta ecclesia de
solẽnitate sponsi sui genitricis
ꝑgaudio laudes alternat. Exul
temus igitur dilectissimi i hac
die in qua dum beatissime vir-
ginis marie veneraretur celebri
tatis festum: cunctarum etiam
noui testamenti solẽnitatuꝫ ce-
lebramus initium. Exultemus
inqꝫ in hac die precipua ꝛ to-
tis visceribus in domino dele
ctemur: in qua duꝫ redempto
ris nostri recolimus matrẽ: re-
liquarum celebritatuꝫ celebra
mus originem. Que enim cun
ctis solẽnitatibus est antiquior
tempore: nequaqꝫ debet esse in
ferior dignitate. Nam si salo-
mon cuꝫ israelitico populo in
dedicatõe templi ex lapidibus
facti tam copiosum ꝛ magnifi
cum sacrificium solẽniter cele-
brauit: quale quãtuqꝫ gaudiũ
beate marie natiuitas populo
christiano debet afferre: in cu-
ius vterum velut re vera sacra
tissimum templum deus ipse
descendens ꝛ humanã naturã
ex ea suscipere ꝛ cuꝫ hominib⁹
dignatus est visibiliter habita-
re? Licet enim ꝛ in illud salo-
monis tẽpluꝫ deus descendisse
credendus sit in hoc tamen ra-
tionabili sanctuario hoc est in

beatissime virginis vtero mul-
to mirabilius multoqꝫ felitius
dignatus est manere ꝓ nobis:
in quo verbum caro factuꝫ est
ꝛ habitauit in nobis. De illo
nãqꝫ antiquo vꝫ scriptuꝫ ẽ. Fa
ctum est cum exissent sacerdo-
tes de sanctuario impleuit ne-
bula domuꝫ domini: ꝛ nõ po
terant sacerdotes stare propter
nebulam: vt ceca vꝫ iudaice in
fidelitatis caligo designaretur:
De hoc auteꝫ descriptuꝫ est in
sole posuit tabernaculuꝫ suũ:
vt sedẽtes in tenebris ꝛ vmbra
mortis illuminaret. Ex sermo
ne de assumptione beate virgi
nis qui incipit. (Adest.) In
ter hec igitur fratres carissimi
toto mentis affectu beatissime
virginis intercessiõibus nos cõ
mittamus: omnes eius patro-
cinia oio imploremus: vt duꝫ
eam supplici nos obsequio fre
quentamus in terris: ipsa nos
sedula prece cõmendare domi
no dignetur in celis. Neqꝫ eniꝫ
dubium que meruit pro libe-
randis proferre precium: posse
plus sanctis omnibus liberta
tis impendere suffragiuꝫ. Sed
quid nobis prodest hanc inter
pellare: nisi etiam humilitatis
eius exempla teneamus? Cure
mus hic dilectissimi huius diei
festiuitati interesse: vt post vesti
mentis humilitatis atqꝫ chari
tatis induti appareamus. Non
nos inuidia aliene felicitatis to

queat: non ira vsq3 ad diuisio nē distaniet: non cupiditas christum a nobis excludat: non secularis tristitia exurat: non prosperitas incaute decipiat: non luxuria inquinet non imunditia polluat: non elatio corrumpat: non superbia inflet. At cū nos virtutibus ornatos: charitate cōiunctos humilitate fundatos beata dei mater sue interesse festiuitati prospexerit: ardentius nobis subuenire festinet apud filium r dominū suū iesum christum deum r dominum nostru3: qui coronis perennis regni clarificat sctōs suos r est illi eterna laus r expectatio in omnibus electis eius. Ipsi gloria r virtus r potestas r nūc r semper r per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Omelia deuota Origenis de beatissima Maria magdalena. Scdm Joannem.

In illo tempore Maria stabat ad monumentum foris plorās. Et reliqua.

¶ Omelia origenis de eadem lectione.

In presenti solēnitate locuturus auribus vestre charitatis: amor venit ad memoriam quo beata maria magdalena dominum nostrū diligendo discipulis fugientibus cum ad morte3 duceretur secumeundo sequebatur: ac veri amoris igne succensa imo ardens desiderio post mortē eius indefinenter plorans a monumento non recedebat. Maria enim ait euangelista stabat ad monumentum foris plorans. Audiuimus fratres mariā ad monumentum foris stantem: audiuimus maria3 plorantē. Videamus si possum⁹ cur staret: videamus r cur ploraret. Prosit nobis illius stare: prosit r illius plorare. Amor faciebat eam stare: dolor cogebat eam plorare. Stabat r circunspiciebat si forte videret quem diligebat. Plorabat: q2 sublatum extimabat quē querebat. Dolor renouatus erat: q2 quē prius doluerat defunctū: nunc dolebat ablatu3. Et iste dolor maior erat: q2 nullam consolationem habebat. Primi causa doloris fuerat quia viuum perdiderat: sed de hoc dolore aliquantulam consolationem habebat: quia mortuum se retinere credebat. Nunc aute3 de primo dolore consolari nō poterat: quia corpus defuncti inuenire non poterat. Timebat quidem ne amor magistri sui in pectore suo frigesceret: quomodo viso recalesceret. Venerat autem maria ad monumētum defferens secum vnguenta r aromata que preparauerat: vt sicut antea pedes viuen

tis vnguento precioso vnxerat: sic et nunc corpus defuncti totū vnguento vngeret et aromatibus condiret. Et sicut prius ad pedes domini iesu lachrimas fuderat: ita nunc ad monnmētum lachrymas funderet. Fleuerat prius et lachrimis pedes eius rigauerat pro morte anime sue: veniebat nunc cum lachrimis monumentum rigare pro morte magistri sui. Cum autem non inueniret corpus in monumēto: labor vngendi perijt sed dolor lugēdi creuit. Defuit obsequio: qui non defuit dolori. Defuit quem condiret: sed non defuit quem plorarer: Eo q̄cq̄ magis plorabat: quo ille magis deerat. Plorabat itaq̄ vehementer maria: q̄niā additus erat dolor super dolorē. Duos dolores eximios vno gestabat in corde: quos mittigare lachrimis volebat sed nō valebat. Ideo tota posita i dolore mente et corpore deficiebat: et quid ageret nesciebat. Quid enim mulier ista poterat agere nisi plorare: que intollerabiles habebat dolorē et nullam inueniebat cōsolationem? Petrus quidem et Joānes venerant cū ea ad monumentum: sed nō inuento corpore abierunt ad semetipsos: Maria autē stabat ad monumētum foris plorās: et quasi plorando desperans. Petrus et Joānes timuerunt et ideo nō steterunt: Maria autem non timebat: q2 nihil suspicabatur sibi superesse pro quo timere deberet. Perdiderat enim magistrum suum quem sic diligebat singulariter: vt preter illum nihil diligere posset et nihil sperare. Perdiderat vitā anime sue: et ideo melius arbitrabatur fore sibi mori q̄ viuere: quia forsitan moriens inueniret quem viuens inuenire nō poterat: et sine quo viuere non valebat. Fortis nāq̄ ēvt mors dilectio. Quid nāq̄ aliud faceret mors i maria? Facta erat exanimis: facta erat in sensibilis. Sentiens non sentiebat: videns non videbat: audiens nō audiebat. Sed neq̄ ibi erat vbi erat: quia tota erat vbi magister suus erat: de quo tamē vbi esset nesciebat. Querebat cum et nō inueniebat: et ideo ad monumentum stabat et plorabat tota lachrimabilis tota flebilis tota miserabilis. O maria quid spei quid cōsilij aut qd tibi erat cordis: vt sola stares ad monumentum: discipulis abeuntibus? Tu ante illos venisti et cum illis nō recessisti: nec reddisti: et post illos remansisti. Cur h̄ fecisti? Sapiebas plus illis: aut diligebas plus q̄ illi: quia non timebas vt illi? Certe nihil modo sapiebat maria nisi diligere: et pro dilectione de flere. Oblita erat timorē: obli-

ta erat semetipsam: oblita erat omnia preter illum quem dili-gebat sup omnia. Et quid mi-rum videtur si sic oblita erat: vt etiam ipsum non agnosceret? In monumento enim cum nō quereret si verba illius mente retinent: sed de viuente gaude-ret: nec de sublato ploraret: sed de resurgēte exultaret. Dixerat enim iste q sic moreretur: ꝛ q tertio die resurgeret. Sed proh dolor: nimius dolor cor illius repleuerat: ꝛ memoriam horū verborum deleuerat. Sensus nullus in ea remanserat: omne consilium ab ea perierat: spes omnis defecerat: solūmodo fle re supererat. Flebat igitur quia flere poterat. Et dum fleret in-clinauit se ꝛ prospexit in monu mentum: ꝛ vidit duos angelos in albis sedentes vnuꝫ ꝛ caput ꝛ vnuꝫ ad pedes. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? O ma-ria multam cōsolationeꝫ inue-nisti: ꝛ forsitan melius contigit tibi q̄ʒ sperasti. Nam tu quere bas vnum: ꝛ duos inuenisti. Querebas hominem: ꝛ ange-los audisti ꝛ vidisti. Querebas mortuum: ꝛ viuentes reperisti: ꝛ eos quidem qui videntur de te curam hēre: ꝛ qui volunt do lorem tuum lenire. Ille vero quem queris videtur dolorem tuū negligere: lachrymas tuas non videtur respicere. Vocas enim illum ꝛ non audit: oras ꝛ non exaudit: queris ꝛ non inue nis: pulsas ꝛ non aperit tibi: se queris illuꝫ ꝛ fugit. Heu quid est hoc? Heu q̄ʒ magna muta-tio. Heu quomodo mutata ē res in cōtrarium. Iste est iesus qui recessit a te. Et quomodo? Forte nescio an diligat te. Oliꝫ te diligebat: olim te a pharisēo defendebat. ꝛ a sorore tua dul-citer excusabat. Olim te lauda bat quando vnguento pedes eius vngebas ꝛ lachrymis riga bas ꝛ capillis tergebas dolorē tuum mulcebat: ꝛ peccata tua dimittebat. Olim querebat te: ꝛ cū non adesses vocabat te: cū tu non esses ibi: mandabat tibi per sororem tuam vt ad se ve-nires: magister adest ꝛ vocat te. O q̄ʒcito surrexit maria vt au-diuit: q̄ʒcito venit ꝛ solito more cecidit ad pedes tuos o iesu bo ne. Tu quoq; cum vidisses eaꝫ contristatam contristatus es: ꝛ cum vidisti plorantem lachry-matus es. O q̄ʒ pie dixisti con-solando eam vbi posuistis euꝫ. Deniq; pro dilectiōe eius que multum dilexit te fratrem suuꝫ Laçarum resuscitasti: ꝛ plan-ctū huius dilectricis tue in gau dium cōuertisti. O dulcissime magister quid post hec pecca-uit hec discipulina tua in te: aut in quo offendit dulcedinē cor-dis tui hec amatrix tua: quia sic recedis ab ea? Nos post hec nullum peccatum aliud audi-

tiimus ꝰ ea nisi quia valde ma
ne venit ad monumentuꝫ ante
omnes: ferens vnguenta qbus
vngeret corpus tuum: ⁊ cuꝫ nõ
inuenisset te in monumento cu
currit ⁊ nũciauit discipul' tuis.
Illi venerunt viderunt ⁊ abie-
runt: hec autem stabat ⁊ plora
bat. Si hoc peccatum est nega
re non possumus qn ipsa hoc
fecerit: si autem peccatum non
est sed est amor ⁊ desideriuꝫ qđ
de te hꝫ: quare sic recedis ab ea
⁊ abscondis te: tu qui diligis
omnes diligentes te: ⁊ qui inue
niris ab omnibus querẽtibus
te? Tu dicis. Ego diligẽtes me
diligo: ⁊ qui mane vigilauerint
ad me inuenient me. Ergo mu
lier ista que valde mane vigilat
hodie ad te: cur non inuenit te?
Quare non consolaris lachry
mas quas fudit pro te domio
suo: sicut consolatus es lachry-
mas quas fudit ꝑ fratre suo?
Si tu solito more diligis eam:
cur desiderium eius tãdiu pro
trahis? O verax magister ⁊ te-
stis fidelis: recordare testimõij
quod reddidisti marthe sorori
sue. Dixisti enim. Maria opti
mam partem elegit: verũ quia
te elegit. Sed quomodo veruꝫ
est ꝙ nõ auferretur ab ea: si tu
es ablatus ab ea? Quod si ab ea
nõ ẽ ablata optima pars quã
elegit: quare plorat ⁊ queꝫ que
rit? Certe maria nihil querit ni
si qđ elegit: ⁊ propt hoc plora-
re non desinit quia quod elegit
nunc perdidit. Ergo o custos
hominum aut tu partem quã
elegit custodi in ea: aut certe ne
scio quomodo verum sit nõ au
ferretur ab ea: nisi etiam hoc in
telligatur ꝙ licet tu sis ablatus
ab oculis eius nõ tamen a cor-
de eius. Sed o maria quid iaꝫ
amplius moraris? quid turba
ris? qd tribularis? qd ploras?
Ecce habes angelos: sufficiat
tibi angelos visio: quia forte il
le quem queris ille quẽ ploras
sentit aliquid in te propter qđ
non vult videri a te. Pone iaꝫ
finem dolori tuo: sit modus la
chrymis tuis. Recordare ꝙ di
xit tibi ⁊ alijs mulieribus: noli
te flere super me. Ergo quid est
hoc qđ facis? Ipse flere pro-
hibuit: ⁊ tu flere non desinis.
Timeo vt plorando iesuꝫ offen
das: pro quo sic icessanter plo-
ras. Nisi ipse amaret lachry-
mas tuas: non posset fortassis
vt olim continere lachrymas
suas. Nunc ergo audi consi-
lium meum. Sufficiat tibi an-
gelorum consolatio. mane cuꝫ
illis interroga illos: si forte sciãt
quid factum sit de illo: quem
queris ⁊ quem ploras. Ego cer
te credo ꝙ ipsi venerunt vt te-
stimonium perhibeant: ⁊ cre-
do ꝙ ipse quem ploras miserit
eos non pro se sed pro te: vt an
nuncient resurrectionem suaꝫ:
⁊ ꝯsolentur deplorationeꝫ tuã.

Dicunt ei. Mulier: quid ploras? Que est causa tanti doloris? Ne abscondas a nobis lachrymas tuas: aperi nobis animum tuum: et nos indicamus tibi desiderium tuum. Maria nimio dolore confecta tota in excessu mentis posita nullam recepit cōsolationem: et ad nullum attendit consolatorem: sed intra se cogitat dicens. Proh dolo. Qualis est ista visitatio? Honerosi sūt mihi omnes cōsolatores: gravant et non consolant me. Ego enim quero creatorem: et gravis est mihi ad videndum omnis creatura. Nolo angelos videre: nolo cum angelis manere: quia possunt dolorem meum augere nō possunt penitus delere. Si ceperint mihi multa narrare et si ego voluero eis ad omnia respondere: ti meo ne amorē meum magis impediant quasi expediant. Denique ego nō quero angelos: sed eum qui me fecit et angelos dominum. Non quero angelos: sed meum et angelorum dominum. Tulerunt dominū meū. Ipsum solum quero: ipse solus pōt me consolari: sed nescio ubi posuerunt eum. Circūspicio si videam illum et non video: vellem invenire locum ubi posit' est et nō invenio. Heu me miserā. Q̄d agā? Quo ibo? Quo enim abijt dilectus meus? Quesivi eum in monumento: et non inveni. Vocavi illum: et nō respondit mihi. Heu me. Ubi q̄ram illum? Ubi illum inveniā? Surgam certe et circuibo omnia loca que potero: non dabo somnum oculis meis: neque requiem pedibus meis donec inveniam illum quem diligit anima mea. Effūdite lachrymas oculi mei: plorate et nolite deficere: Ambulate pedes mei: discurrite et nolite gescere. Heu. Heu. Quo abijt: quo abijt gaudiū meum? Ubi latet amor meus? Ubi est dulcedo mea? Cur dereliquisti me salus mea? O dolores. O angustie itollerabiles Angustie enim mihi sunt undique: et quid eligam ignoro. Si a monumento recessero: nescio infelix quo vadam: nescio ubi reperiā. Discedere a monumēto mors mihi est: stare ad monumentum irremediabilis dolor est. Melius est autem sepulchrum domini mei custodire: q̄ ab eo longius abire. Si eni longius abiero: forte cum redie ro ipsum sublatum inveniam: aut defunctum. Stabo igitur et hic moriar: ut saltem iuxta se pulchrū domini mei sepeliar. O q̄ beatum erit corpus meū si fuerit sepulchrum iuxta magistrum meum. O quam felix anima mea que egrediens de fragili vase corporis mei: mox poterit ingredi sepulchrū domini mei. Corpus meum

semper fuit labor anime mee et dolor: sepulchrum domini mei erit mihi reges et honor. Hoc ergo sepulchrum inuita mea erit reges mea. Viuens iuxta illud manebo: moriens illi adherebo: nec viua nec mortua ab illo separabor. Heu me infelicem. Quare tunc non prospexi? Quare tunc non fleui? Quare ad monumentum corpus eius tunc perseueranter non custodiui? Nunc certe non plorarem sublatum: quem aut auferre prohibuissem: aut sublatores subsecuta fuissem. Sed proh dolor. Ego volui seruare legem: et dimisi dominum legis. Ego legi obediui: et eum cui lex obedit non custodiui: quis cum ipso manere non fuisset legem transgredi sed adimplere. Pascha enim ab isto defuncto non contaminatur sed renouatur: Mortuus iste non polluit mundos: sed mundat immundos. Sanat omnes tangentes se: illuminat omnes a credentes in se. Sed quid recolo dolorem meum? Abij redij: monumentum apertum inuenio: ipsum quem querebam non inueni. Stabo igitur et expectabo: si forte alicubi appeat. Sed quomodo stabo? Stabo sola? Abierunt discipuli: et me solam plorantem reliquerunt. Nullus apparet qui mecum magistrum doleat. Nusquam apparet qui mecum magistrum requirat. Apparuerunt angeli: sed nescio pro qua causa. Si consolari me vellent: causam pro qua ploro non ignorarent. Si vero non ignorant: cur dicunt mihi quid ploras? Quem queris? An vero interrogant me: vt plorare prohibeant? Queso hoc mihi non suadeant: alioquin me interficiant. Quid plura? Ego illis non obediam: et dum viuo plorare non desinam. donec dominum meum inueniam. Quo me vertam? Ad quem ibo? A quo consilium petam? Quem percuntabor? Quis mihi miserebitur? Quis me consolabitur? Quis indicabit mihi quem diligit anima mea? Vbi positus sit: vbi cubet: vbi gescat? Queso nunciate illi quia amore langueo et dolore deficio. Nec est non dolor sicut dolor meus. Reuertere dilecte mi: reuertere dilecte votorum meorum. O amabilis. O desiderabilis: redde mihi leticiam salutaris presentie tue. Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis: et facies tua decora. O spes mea ne confundas me ab expectatione mea: demonstra mihi faciem tuam et sufficit anime mee. Cum maria sic doleret et sic fleret et cum hec dixisset: conuersa est retrorsum et vidit iesum stantem: et nesciebat quia iesus est. Et dicit ei iesus. Mulier. Quid ploras?

Quem queris? O desideriuȝ anime sue cur interrogas eam quid ploras: quē queris. Ipsa paulo ante oculis suis cuȝ magno tamen dolore cordis sui viderat te spem suaȝ suspēdi in ligno: ⁊ tu nunc dicis: quid ploras? Ipsa in die tertia viderat manus tuas quibus sepe benedicta fuerat: ⁊ pedes tuos quos deosculata fuerat ⁊ quos lacrimis rigauerat clauis affigi: ⁊ tu dicis quid ploras? Nunc insuper corpus tuum existimabat sublatum ad quod vnguēduȝ venerat: vt se quo quo'modo consolaret: ⁊ tu dicis quid ploras? quem queris? Dulcis magister ad quid prouocas spiritum huius mulieris: ad quid prouocas animam eius? Tota pendet in te: tota manet in te: tota sperat i te: ⁊ tota desperat de se. Ita querit te: vt nihil querat nihil cogiter preter te. Ideo forsitan non cognoscit te: quia nō est in se: sed pro te est extra se. Cur ergo dicis quid ploras? queȝ queris? An putas ꝙ ipsa dicat te ploro te quero: nisi tu prius inspiraueris ⁊ dixeris in corde tuo ego sum quem queris: ego quem ploras? An putas ꝙ ipsa cognoscat te: ꝗ̃diu volueris celare te? At illa existimans ꝙ ortulanus esset: dicit ad eum. Domine si tu sustulisti eum dicito vbi posuisti euȝ: ⁊ ego eum tollam. O dolor miserabilis. O amor mirabilis.

Mulier ista quasi densa doloris nube obcecata non videbat solem qui mane surgens radiabat per fenestras eius: qui per aures corporis sui iam intrabat in domuȝ cordis sui. Sed quoniā amore languebat: ideo langore oculi eius caligabant: vt non videret quem videbat. Videbat enim iesuȝ: sed nesciebat quia iesus est. O maria si queris iesum: ecce venit iesus ad te: ⁊ quē queris querit te: ⁊ tu ortulanum existimas: sed tamen tu in hoc erras dum eum ortulanum sic existimas: vt iesuȝ non agnoscas. Est enim iesus: est ⁊ ortulanus: quia ipse seminat omne bonum semen in orto aie tue ⁊ in cordibus fide. tiū suorum. Ipse omne bonū plātat ⁊ rigat in animabus sanctorum: ⁊ ipse est qui tecum loquitur: sed forsitan non cognoscis qui tecum loquitur. Mortuū enim queris: ⁊ viuentem nō cognoscis. Nunc in veritate cum peri hanc esse causam pro qua a te recedebat: ⁊ pro qua tib nō apparebat. Cur enim tib appareret queȝ nō querebas? Tu certe querebas quod non erat: ⁊ non querebas qd̄ erat. Tu querebas iesum ⁊ nō querebas iesuȝ: ideo videndo iesuȝ nesciebas iesuȝ. O dulcis ⁊ pie magister: omnino excusare non audeo hanc discipulam tuaȝ:

non possum libere defendere hunc errorem suum: sed tamē errabat quia talez te querebat qualem te viderat: z qualem te in monumento positū relique rat. Viderat quippe defunctū corpus tuum de cruce deponi zin monuméto reponi: tātusqz dolor iuaserat ea de morte tua vt nihil posset spare d vita sua. Etiam tantus dolor inuaserat eam de sepultura tua: vt nihil posset sperare de resurrectione tua. Deniqz Joseph posuit in monumento corpus tuuz: ma ria pariter ibi sepeliuit spiritū suum: z ita indissolubiliter vin xit z quodāmodo vniuit eum cū corpe tuo: vt facilius posset separare animam se viuifican tem a corpore suo qz separare diligentem spiritū suum a de functo corpore tuo. Spiritus enim marie magdalene magis erat in corpore tuo qz in corpo re suo. Dūqz ipsa regrebat cor pus tuum: requirebat pariter z spiritum suum: z vbi perdi derat corpus tuum: perdidit z cum eo spiritum suum. Quid ergo mirū magister si te nescie bat: que non habebat spiritū quo scire debebat. Redde ita qz ei spiritum suum quem ha bet in se corpus tuum: moxqz recuperabit cor suum: z relin quet errorem suum. Sed quo modo errabat que te sic ama bat: z sic pro te dolebat? Certe si errabat indubitanter dico qz ipsa ignorare se dubitabat: z hic error non procedebat ab er rore sz ab amore: z dolore. Igr misericors z iuste iudex amor quem habet in te z dolor quez habet pro te excuset eaz apud te. Si forte errat de te ne atten das ad mulieris errorez: sed ad discipule amorem: q̄ nō pre er rore sz pre amore z dolore plo rat z dicit. Domine si tu sustuli sti eum dicito mihi vbi posui sti eum: z ego eum tollaz. O qz scienter nescit: z qz docte errat. Angelis dixit. Tullerunt z pō suerunt: z nō dixit tulistis z po suistis: quoniam neqz angeli te tullerunt de monumento neqz in alio loco posuerunt. Tibi ve ro dixit. Si tu sustulisti z po suisti: quia re vera te ipsum de monumento substulisti z in lo co vbi es te posuisti. Angelis non dixit dicite mihi: quia an geli non poterant ex toto dice re quod de te factū fuerat. Ti bi vero dixit dicito mihi: quia non impos̄e fuit tibi dicere: qd possibile fuerat tibi facere. Tua eniz virtute surrexeras: z quod de te factum fuerat tu ipse fueras. Quid autem hoc o domine qz maria dicit tam crebro z repe tit verbum istud vbi posuisti eum? Dixerat enim primo de te apostolis vbi posuerunt eū. Hoc dixit angelis vbi posue runt eum: z nunc dicit tibi vbi

posuisti eum. Multũ dulcessit hoc verbuȝ in corde suo: qd sic habebat in ore suo. Certe dulcis magister hoc facit dulcedo tua: ꝛ hoc facit ipsa pro amore tuo: quia meminit te dixisse de fratre suo vbi posuistis eum. Ex quo enim audiuit hoc verbum de ore tuo conseruauit illud diligentius in corde suo: ꝛ delectata est in sermone tuo. O quantum diligebat personam tuam: que sic diligit vocẽ tuã. O quantum desiderat videre vultum tuum: que tam desideranter pronunciat verbũ tuuȝ. Et q̃ȝ libenter oscularetur pedes tuos: que tam libenter loquitur sermones tuos. Quid est o bone iesu: qd dicit de te ad te ꝛ ego eum tollam? Joseph timuit ꝛ nõ fuit ausus tollere corpus tuum nisi de nocte: ꝛ nisi hoc peteret a pilato: Maria vero noctem nõ prestolatur neq; veretur: sed audacter promittit dicens. Ego eum tollaȝ. O maria si forte corpus iesu posituȝ est in atrium principis sacerdotum vbi apostolorũ princeps calefaciebat se ad ignem: quid factura es? Ego euȝ tollam. Si ancilla hostiaria interrogauerit te: quid factura es? Ego euȝ tollam. O mirabilis mulieris audacia. O mulier nõ mulier. Nullum locum excipit: nihil anteponit: sine timore ꝛ absolute promittit. Dicito mihi vbi posuisti eum: ꝛ ego eum tollã. O mulier magna est fides tua. Tu ergo bone domie cur oblitus es dicere fiat tibi sicut vis: vel confide filia fides tua te saluam fecit? Nunquid oblitus es misereri? Cur ergo non dicis ei vbi posuisti te vt ipsa tollat te supra corpus suuȝ: ꝛ portet te supra corpus suum: ꝛ annunciet te discipulis tuis? Noli queso dulcis magister vltra protrahere desiderium eius: quia ecce iam triduo sustinet te: nec habet vnde faciet esurientẽ animam suam nisi tu te manifestã do porrigas illi panem corporis tui ꝛ fragmentis ei9 repleas cophynuȝ cordis sui. Si ergo non vis vt deficiat in via: refrigera ꝛ conforta viscera anime sue dulcedine saporis tui. Tu es eniȝ panis viuus qui habes in te omne delectamentũ: ꝛ omnem saporem suauitatis. Nõ enim diu poterit retinere vitaȝ corporis sui: nisi cito mãifestes te vitam anime sue. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa dicit ei. Raboni. Qd interpretatum dicitur magister. Dicit ei iesus. Noli me tangere. O mutatio dextere excelsi. Cõuersus est dolor magnus in gaudium magnum: mutate sunt lachryme doloris in lachrymas amoris. Ubi maria audiuit maria sic enim cõsueuerat eam appellare ꝛ vocare magist er eius) p

sensit in isto nomine quandam singularem vocentis dulcedinem: et postea cognouit ipsum a quo vocabatur esse magistrum suum. Tunc reuixit spiritus eius: et reuersus est sensus. Cumque iesus verba vellet adiungere: non potuit hoc maria patienter expectare: sed pre nimio gaudio interrupit eum dicens. Raboni. Non enim arbitrabatur se indigere verbo quia inuenerat verbum: et longe vtilius fore existimabat tangere verbum quam audire quilibet verba. O amor fortis et impaciens. Non sufficiebat ei videre iesum: et cum iesu loqui: nisi etiam tangeret iesum. Sciebat enim quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. O pijssime domine: o dulcissime magister quam bonus et quam suauis es his qui recto sunt corde. O quam beati sunt illi qui in simplicitate cordis querunt te: et quam felices qui sperant in te. Uerum certe et indubitanter verum est quod tu diligis omnes diligentes te: et numquam derelinquis sperantes in te. Ecce enim hec dilectrix tua simpliciter querebat te et veraciter inuenit. Sperabat in te: et non est derelicta a te: sed plus est consecuta per te: quam expectauit a te. Sequamur fratres huius mulieris affectum: vt perueniamus ad effectum. Ploret vnusquisque iesum et querat fideliter iesum: quia non celauit se peccanti peccatrici. Disce o peccator homo a peccatrice muliere: cui tamen dimissa sunt peccata sua multa. Disce plorare dei absentiam: et desiderare presentiam. Disce a maria iesum amare et iesum sperare: et iesum querendo inuestigare: nulla aduersa formidare: nullam consolationem extra iesum accipere: omnia preter iesum contemnere. Disce a maria querere iesum in monumento cordis tui. Reuolue lapidem ab hostio monumenti dei: amoue omnem duritiam cordis tui et repelle omne obstaculum ab anima tua: tolle omnem concupiscentiam mundi a corde tuo: et diligenter perscrutare si sit iesus in eo. Si autem eum non inueneris sta foras et plora et permane in fide et respice foras ad alios si forte videris in aliquo eum: et plorando ora iesum vt dignetur intrare ad te. et inhabitet te: et ne forte ceruice dura repellas eum a te: humiliando inclina te et iterum prospice in monumento dei quod est in te etiam si videris ibi angelos vnum ad capud et vnum ad pedes: si cognoueris in corde tuo celestia desideria tam ad contemplatiuam vitam quam ad actiuam pertinentia per que eum adhuc non posses videre et habere iesum noli his esse contentus: noli adhuc discutiendo quiescere sed plo-


ra ꝛ quere iesum in te donec in
uenias. Et si forte aliquo mo
do apparuerit ꝛ desiderio tuo
se repꝛesentauerit: noli de te pre
sumere ꝙ cognoscas sed inter
roga illum ꝛ oꝛa vt indicet tibi
seipsum. Audeo tibi confiden
ter pꝛomittere si in fide ad mo
numentum coꝛdis tui steteris
si ploꝛādo iesum quǽsieris que
rendo perseueraueris: si te cū
humilitate inclinaueris: si exē
plo marie nullam consolatio
nem aliam ꝙ̄ de iesu recipere
volueris ipso reuellante inue
nies ꝛ ipsum cognosces: ita vt
necesse non habeas querere ab
alijs vbi est iesus: sed tu magis
indicabis eum nuncians alijs:
quia vidi dominū ꝛ hec dixit
mihi. Cui est honoꝛ ꝛ gloꝛia cū
patre ꝛ spiritu sancto in secula
seculoꝛum. Amen.

¶ Explicit omelia oꝛigenis de
beatissima Maria magdale
na deuota valde.

Deo gratias.

¶ Ad laudem ꝛ gloꝛiam sum
me ꝛ indiuidue trinitatis ꝛ bea
tissime virginis Marie ꝛ bea
toꝛum pontificum Zenonis ꝛ
Cesarij ꝛ omnium sanctoꝛum
sermones in hoc volumine po
siti ꝛ nunꝙ̄ alias impꝛessi: so
lertissime recogniti ꝛ studiosissi
me per venerabilem patrē fra
trem Albertū castellanum oꝛ
dinis pꝛedicatoꝛum coꝛrecti ac
per magistrum Jacobum de
leuco impēsis domini Benedi
cti fontana Venetijs diligētis
sime impꝛessi. Anno dn̄i. M.
cccccviij. die. xxiiij. Januarij
Feliciter expliciunt:

Laus deo.



¶ Explicit tabula sermonum sancti Zenonis veronensis epi.

¶ Incipit tabula admonitio nem z omeliaruȝ sancti Cesa rij arelatensis episcopi.

Explicit tabula.

Laus deo.

Romę · die xx · Decembris · MD · LXIX.
dono D · Manfredi de Infantib.
solutum accepi'.